EMENDATIONES IN MENANDRI ET PHILEMONIS RELIQUIAS,

Ex nupera Editione

JOANNIS CLERICI:

Ubi multa Grotii & aliorum,
Plurima vero CLERICI *errata caſtigantur,*

AUCTORE

PHILELEUTHERO LIPSIENSI.

Scriptae ANNO MDCCX.

ACCEDIT

EPISTOLA CRITICA

RICHARDI BENTLEII

DE

JOHANNE MALELA ANTIOCHENO;

Scripta ANNO MDCXCI.

EDITIO ALTERA EMENDATIOR.

CANTABRIGIÆ:
TYPIS ACADEMICIS.
Impenſis CORNELII CROWNFIELD, Celeberrimae Academiae TYPOGRAPHI. MDCCXIII.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

INDEX AUCTORUM

Qui in his ad Menandrum Notis citantur, laudantur, exponuntur, emendantur, notantur.

Aelius Dionyſius apud Euſtat. notatus. pag. 10
Ariſtophanes emendatus. 58. 133
Aſtydamantis epigramma emendatum. 159
Barneſius citatus. 97
Bentleius laudatus. 79. 145
Callias apud Clem. Alexandr. emendatus. 66
Canterus laudatus. 74
Caſaubonus citatus. 78. 85. 113. 114. 133. 154. laudatus. 6. 55. 113. 114. 133. notatus. 10. 12. 14. 42. 45. 47, 48. 71. 131, 132. 139. 140. 144.
Clemens Alexandr. emendatus 50. expoſitus. 65, 66
Clericus notatus omnibus paginis.
Dalechampius citatus. 13. 59
Diphilus apud Pollucem emendatus. 63
Feſtus notatus. 79
Fulgentius expoſitus. 26
Gatakerus laudatus. 120. notatus. 5. 117
Geſnerus notatus. 75. 147
Gronovius (Joh. Fr.) notatus. 64. 136
Gronovius (Jac.) notatus. 16, 17
Grotius paſſim notatus.
Heinſius (Dan.) laudatus. 122. 155. notatus. 123
Hemſterhuſius laudatus. 136
Heſychius expoſitus. 58. 73
Kuhnius notatus. 62
Kuſterus citatus 7. 27. 42. 51. 57. 70. laudatus 20. 67, 68. 78. 125. notatus. 8. 10. 68.

Libanius

Libanius expositus. 39
Lindenbrogius notatus. 4
Meibomius notatus. 42
Meursius laudatus. 112
Nunnesius notatus. 53. 68
Photius notatus. 28
Phrynichus emendatus 53. expositus. 53
Plato comicus apud Athen. emendatus. 81
Plutarchus expositus. 120
Pollux expositus. 53. 136
Rutgersius notatus. 153
Salmasius laudatus. 113. 148. notatus. 20. 40. 77. 92. 93. 105. 113. 136. 146
Scaliger laudatus 41. notatus. 45. 97. 100
Scholiastes Aristoph. emendatus 29. 70. expositus. 110
Scholiastes Euripidis emendatus. 118
Sextus Empiricus expositus. 87
Simocattus notatus. 33
Sylburgius notatus. 50. 51. 66
Xylander notatus. 95

EMENDATIONES IN MENANDRI ET PHILEMONIS RELIQUIAS.

ΑΔΕΛΦΟΙ. *Pag.* 2.

I.

(3) Εἴπερ τ' ἀδικοῦντ' ἀσμένως ἠμύνετο
Ἕκαστος ἡμῶν, καὶ συνηγωνίσατο
Si injuriam inferentem alacriter propulsaret
Unusquisque nostrûm, & auxilium ferret.

Nesciebat Vir Clarissimus Clericus illud Συνηγωνίσατο corripere quartam syllabam, & idcirco in senario stare hic non posse. Corrigendum erat,

Ἕκαστος ἡμῶν καὶ ΣΥΝΗΓΩΝΙΖΕΤΟ:

quod & praecedens ἠμύνετο, & quod continuo sequitur σωνίπραττον, utrumque temporis imperfecti, apertissime demonstrant.

Ibidem. Οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ηὔξατο
Τὸ τῶν πονηρῶν.
Non tantopere malum adauctum esset,
Quod fit a malis.

Atqui ηὔξατο in ea, quam ponit Vir Cl., significatione ne Graecum quidem est. Αὔξομαι enim in tempore indefinito non ηὔξατο facit, sed ηὐξήσατο. Ηὔξατο longe aliud notat, *precatus est, gloriatus est*, ab Εὔχομαι. Repone igitur,

Οὐκ ἂν ἐπὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ΗΥΞΕΤΟ.

Quippe ηὔξητο vere significat *adauctum esset*; & aptissime cum

prioribus convenit, ἠμύνετο, σωπηνίζετο, σωίκτρησεν; quae omnia imperfecto tempore proferuntur. Huc accedit codex Grotii manuſcriptus, qui ἤυξατο exhibebat. *Ai* enim pro E paſſim in manuſcriptis occurrere, norunt jam & pueri. Atque haec quidem, quae magnum etiam Grotium effugerant, condonari viro Cl. facile poſſunt; alia, quae paulo poſt caſtiganda venient, multo difficilius.

conſ. ſup. p. 81.

II.

(5) ——— Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ
Ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις.
——— Deus eſt bonis ſemper
Mens, ut videtur ſapientiſſimis.

Grotius ad locum (cujus verba hic, ut alibi ſaepius, omiſit Vir Cl. qui tamen ſe *notas Grotianas omnes ſubjeciſſe* profitetur) *Apud Juſtinum*, inquit, *legitur* Ἔοικεν οἱ σοφώταιοι. Grotio igitur debemus illud τοῖς σοφωτάτοις; quod utinam tanto viro non excidiſſet. Ea quippe ſignificatione ne Graecum quidem eſt. Ἔοικε Dativo ſequente nihil aliud notare poteſt, quam *ſimile eſt, decet, par eſt.* Δοκεῖ σοφοῖς dicerent Graeci, non ἔοικεν, ubi exprimere vellent, *videtur, placet, ſententia eſt.* Lege igitur minore mutatione,

Ὁ νοῦς ἄρ', ὡς ἔοικεν, ὦ σοφώταιοι,
Mens, ut videtur, o ſapientiſſimi.

ὦ pro οἱ facillimo librariorum errore. Nempe hic, quicumque eſt, ut in Comoedia, alios alloquitur. Notum illud Ariſtophanis,

Ω σοφώταιοι θεαταὶ, πάμπα δὴ ξυνίετε.
O ſapientiſſimi ſpectatores, meis dictis animum advertite.

III.

(6) Τὰ τῶν φίλων κοινὰ μόνον τὰ χρήματα,
Καὶ νοῦ ἡ γε φρονήσεως κοινωνία.
Amicorum communes non tantum divitiae,
Sed & mentis ac prudentiae eſt communio.

Haec, ait Grotius, (cujus verba iterum ſuppreſſit Vir Cl.) *inverſus digeſſimus, quae apud Suidam ſic exſtabant*, Κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Τίμωνές φησιν ἐν τῷ Γ' παύτῳ λέχθηναι καθ' τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' ὃς χρόνους Πυθαγόρας ἀνέπεσθη τοὺς παύτῳ χαθοικῆσαι ἀδιανέμητα κεκτῆσθαι. Κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Μένανδρος Ἀδελφοῖς. Οὐ δήπου τὰ χρήματα λέγων μόνον, ἀλλὰ τὴν τοῦ νοῦ καὶ τῆς φρονή-

φερνῆς κοινωνίαν. *Timaeus ait proverbium hoc uſurpatum fuiſſe Pythagoraе temporibus. Uſus eſt Menander in Adelphis. Id autem non ſolum de pecuniae, ſed de mentis & conſilii communione accipiendum eſſe.* Ubi qui naſum habet, facile odorari poterit, non Menandri eſſe poſtrema verba, ſed Suidae. Et perperam omnino Grotius, qui male natos Jambos hinc extudit, & Menandro eos adfinxit. Κοινὰ enim τὰ τῶν φίλων, neque aliud quidquam, Menandrum hic uſurpaſſe, teſtis eſt Terentius Adelphis v, 3. qui Graeca Menandri ſic vertit,

M. *Nam vetus verbum hoc quidem eſt,*
COMMUNIA ESSE AMICORUM INTER SE OMNIA.
D. *Facete! nunc demum iſtaec nata oratio eſt.*

IV.

(11) Ὦ μακαρίόν με, γυναῖκα γὰρ οὐ λαμβάνω.
O beatum me! uxorem enim non duco.

Menandri verba apud Donatum ſic ſe habent: Ὦ μακαρίόν με γυναῖκα οὐ λαμβάνω. Ubi Vir Cl. τὸ οὐ illud inſeruit ad verſum ſuſtentandum. Quae haec temeritas eſt, Menandri fragmenta, quae ſenariis verſibus incedunt, edenda & corrigenda in ſe recipere; cum ſenarii legem & menſuram, atque adeo ſyllabarum quantitates, aeque cum ignariſſimis calleat? Bellus enim hic ſenarius miſere claudicat, neque recto talo inſiſtere poteſt. At quam in promptu erat ſic reſtituere?

Ὦ μακαρίόν μ', ὅτι γυναῖκ' οὐ λαμβάνω.
O beatum me! quia uxorem non duco.

V.

(12) Ὃς δ' οὔτ' ἐρυθριᾶν οἶδ', οὐδὲ δεδοικέναι.
Qui neque erubeſcere novit, neque timere.

Neque hunc intellexit Jambum binis ſyllabis vacillare: Tam levicula res denudat hominem,

Atque ignoratae premit artis crimine turpi.

Ecce enim verſiculum levi medicina incolumem,

Ὃς δ' οὔτ' ἐρυθριᾶν οἶδεν, οὔτε δεδιέναι.

& ſic plane extat apud Stobaeum titulo de Impudentia. Diphilo autem hoc tribuit Grotius; non, ut Geſnerus, Menandro: unde accepit Lindenbrogius ad Terentium, & recte citavit. Bis ergo vapulare dignus eſt Vir Cl. qui aut in ſcanſione neſcio quomodo, aut in verbis haerens, rem ſanam ultro corrupit. Riſum etiam movet, cum Lindenbrogium hoc protuliſſe dicit ex Priſciani lib. XVIII, *ubi tamen*, ait, *invenire non potui*. Non enim

Tit. XXXII. §.

hoc Diphili ſive Menandri ex Priſciano laudat Lindenbrogius; ſed Torentii ῥῆσιν illam, *Quem neque pudet quicquam*; quaeque ibi habetur lib. XVIII. p. 1134.

VI.

(13) Οὐκ ἔστ' ἀνοίας οὐδὲν τολμηρώτερον.
Imperitia nihil eſt audacius.

Hanc quidem gnomen longe eſſe veriſſimam, Vir Cl. ipſe exemplo eſt; qui legis metricae imperitiſſimus Comicorum fragmenta ſub incude ſua formare auſus eſt. Quale enim illud οὐδὲν, ſpondeus in loco quarto? quid illud τολμηρώτερον? quod vel in diſcipulorum cathedris τολμηρότερον dici nemo neſcit, vocali ſcilicet brevi ob ſyllabam longam praecedentem. Iterum ergo claudicabit verſus, & trochaeum accipiet in loco quinto. Haeccine flagitia fieri, & patienter ferri? Atqui, inquiet, Lindenbrogius hoc, qualecumque eſt, mihi ſubminiſtravit. Nimirum aut fallor, aut memoria Lindenbrogium fefellit: hoc enim, opinor, voluit,

Οὐκ ἔστ' ἀναιδὲς ζῶον εὐθαρσέστερον:

quod apud Stobaeum continuo ſequitur illa ſuperiora, numero 12,

Ὃς δ' ἔστ' ἐρυθριᾶν οἶδεν, ἔστι δειλίαν, &c.

& Diphilo adſcribitur. Illud vero alterum, quo Vir Cl. lectores impertit, neque Menandri, neque alius cujuſquam eſt.

VII.

(15) Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐστὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὑτῷ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.
Ὁ δ' μετρίως πράττων θρασυτέλεστον
Ἅπαντα τἀνιαρὰ, Λαμπρία, φέρει.
Ad omnia timidus pauper eſt negotia,
Et omnes ſe contemnere putat.
Cujus mediocris eſt res, conſtantius
Omnia moleſta, Lampria, fert.

Et verba hujus fragmenti & ſententiam nobis depravavit Vir Clariſſimus: δειλὸς enim furtim ſuppoſuit, cum & Stobaeus & Grotius elegantius habeant neutro genere δειλὸν. Deinde & verſus laborat, cum in loco quarto ſpondeum gerat; etſi hoc ille erratum cum Grotio & aliis commune habeat. Repone,

Πρὸς ἅπαντα δειλόν ἐστι ὁ πένης πράγματα.

Verſu autem tertio, mala fide exhibuit δ', quo clarior appareret oppoſitio, quam ille ſibi finxit inter πένης, & μετρίως πράττων.

πτωχῷ. Stobaeus enim, & ex eo Grotius γὰρ agnoſcunt, non δὲ: neque ulla hic oppoſitio eſt, ſed prioris ſententiae confirmatio: Lege ergo, & verte,

Ὁ δὲ μετρίως πράττων περιπικρότερον
Ἅπαντα τἀνιαρὰ, λαμπρία, φέρει.
Cui enim res tenuis eſt, aſperius
Fert omnia moleſta, o Lampria.

Hoc plane eſt, quod Terentius dicit loco a Viro Cl. hic laudato, *Ad contumeliam omnia accipiunt magis.* Περικικρότερον autem *moleſtius, aegrius, gravius* ſignificare multis probat Gatakerus ad Antoninum; qui tamen neſcio quomodo *conſtantius* in hoc Menandri loco accipit, ſimiliter ac Grotius, & ex utroque Clericus. Cauſa his omnibus errandi erat; quod μετρίως πράττειν interpretarentur, *cui res meliuſculae ſunt, cui quod ſatis eſt ſuppetit*, & opponerent τῷ πένητι. Atqui μετρίως πράττειν etiam *pauperem* denotare, & opponi τῷ πλουσίῳ καὶ εὐτυχοῦντι, *diviti & fortunato* res notior eſt, quam ut exemplis hic egeat. Hoc autem poſito, jam illud δὲ *enim*, quod rationem pollicetur ſententiae praecedentis, evincit plane de *paupere* hic, ut prius, agi, non de *divite*. Condonemus autem hoc Viro Cl. quod cum tantis Viris ei commune eſt; at ſua illa facinora, qui bina hic verba primus corruperit, ſolus expiare debet.

ΑΛΙΕΙΣ. pag. 8.

VIII.

(1) Πρῶτος εὑρὼν ἀλφιτοφλῶ πλωχῷ τέχνην.
Qui primus invenit artem, quae pauperem aleret.

Quis riſum hic tenere poterit? Apud Grotium recte habet,

Ὁ πρῶτος εὑρὼν ἀλφιτοφλῶ πλωχῷ τέχνην.

Verum, cum ibi litera O maxima, pro Typothetarum more, infra lineam ſtatueretur, & inchoaretur vox Πρῶτος a Π majuſcula, omiſit illud O aliud agens Vir Cl. neque ſentire potuit, eo pacto verſiculum una ſyllaba fore mutilum. Sic enim ad eruditos ſuos digitos exegiſſe verſum videtur,

Πρῶτος | εὑρὼν | ἀλφ | τοφλῶ | πλωχῷ | τέχνην.

Quid videtur? nonne ſex pedibus conſtat, & numeroſe ſatis incedit? Dixerit aliquis, Typographi fortaſſis erratum eſt. Atqui illud prohibet adnotatio; ubi iterum nobis hoc propinatur. O rem Ariſtarcheo magiſtro dignam!

IX.

(6) Εὐπορεμμὲν δὴ μετρίως ὀκ κιλίκων χρυσέων,
Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα.
Ἔνδον εἰσ' ἄνδρες, ποτηρίδια, τορεύματα,
Καὶ τυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια.

Locum hunc ex Athenaeo, ait Vir Cl. *diſruptum recte cenſet Iſ. Caſaubonus, nec ſanatu facilem.* Quod tamen tanto Viro difficile viſum eſt, id clanculum tentare voluit noſter, ob ipſam imperitiam audacior. Nam pro χρυσίον, quod apud Athenaeum exſtat, repoſuit, celato de ea re lectore, χρυσέων. Atqui χρυσέων, o bone, Jonicum eſt, neque in Attica comoedia ſtare poteſt: dixiſſet utique Menander, κυλίκων χρυσῶν. Inde pro Ἔνδον ἔσ' ἄνδρες, ſubſtituit εἰσ', *Intus ſunt viri*. Ideo vero εἰσὶ voluit, quia illud ἄνδρες in caſu recto accepit. Ergo, *Clerici* judicio, *viri* in ſuppellectile ſunt numerati. Quis non exclamet, *Pulchre, bene, recte?* Tandem pro καὐκτυπωμάτων, hoc eſt, ἐκ τυπωμάτων, ille diviſim edidit κἀκ τυπωμάτων, vertitque *ex ſculpturis*. Dum autem haec ſuae Criticae edit ſpecimina, nihil ſentit interea, nec verſum primum una ſyllaba deficere, nec tertium duabus, neque cum bis illud τορεύματα putide inculcetur, alterutrum ex illis ſine dubio mendoſum eſſe. Nos locum integrum ſic refingi poſſe putaremus, ſi ſub tanto Magiſtro praecepta Artis Criticae haurire licuiſſet:

Εὐπορεῦμεν ὐδὴ μετρίως ὀκ Κιλίκιας χρυσίν.
Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι, πορφυρᾶ τι τράμματα
Ἔνδον ἔσ', ἄνδρες, ποτηρίδιά τι κ' τορεύματα,
Καὐκτυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνιαι.
Abundamus & quidem maxime ex Cilicia auro.
Perſicae vero illae ſtolae, & purpurea ſtragula
Intus ſunt, o viri, & pocula, & vaſa caelata,
Et ſculpturarum effigies, hircocervi, labronii.

Hi certe, ſi nihil aliud, Trochaïci ſunt; quorum leges non magis intelligit Vir Cl. quam Senariorum.

X.

(10) ——— Ἐκλελάκησεν
Ὁ χρηστὸς ἡμῖν μοιχός, ἀλλ' ἀνθάλλαγος.
——— Increpuit
Benignus erga nos moechus, ſed alius loco ſuffectus.

Quid, malum, ἐκλελάκησεν in fine ſenarii facit? quiſquamne illud

illud neſciverit, in ſexto loco neceſſario requiri Jambum? ſed para te, lector, ut rem pene incredibilem digne mirari poſſis. Uſus eſt Vir Cl. editione Suidae poſtrema, quam nuper dedit Doctiſſimus & Celeberrimus *Ludolphus Kuſterus*. Ibi autem clare exſtat ὀκλελάκτικεν, ut & in editionibus prioribus. Verum, cum ibi Typothetes formam ϰ adhibuerit uno ductu comprehenſam, quae ſane literam H ſic imitatur, ut homini Graecè imperito facile poſſit imponere; ſimilitudine figurae deceptus Vir Cl. ὀκλελάκηκεν ibi legebat, pro ὀκλελάκτικεν: & vocis, opinor, cacophonia offenſus ὀκλελάκησεν de ſuo ſuppoſuit, tam in textu, quam in adnotatis: non perſentiſcens & Artis Metricae & Grammaticae leges hoc verbi portento violari. Mixtam enim formam habet & Praeteriti & Aoriſti,

Diverſum confuſa genus Panthera Camelo.

Ego vero olim ſub ferulae ictu poenas dediſſem, niſi ab ὀκλακεῖν praeteritum feciſſem ὀκλελάκηκεν, aoriſtum vero ἐξελάκησεν. Quid? an qui Artem Criticam alios docere inſtituit, ipſe prima Grammaticae rudimenta eſt docendus? Scribe vero ocius,

——— ὀκλελάκτικεν

Ὁ χρηστὸς ἡμῖν μοιχὸς, ἀλλ' ἀντέλλαγε.

——— *rejecit* (deſeruit) *nos*

Bonus ille adulter: ſed vicarius alius venit.

Suidas ipſe alibi, Ἐκλελάκτικεν, ἀπόβολήκεν, ἀπέφυγεν. Nempe ad hunc ipſum Menandri locum reſpexit. Apage igitur illud ὀκλελάκησεν, quod Vir Cl. vertit *increpuit:* a Kuſtero quippe hic deſtitutus, neque verbum, neque ſententiam hujus loci ex Menandri Piſcatore hic Delius alioqui natator expiſcari valebat.

XI.

(11) Δύ' οἰκίας φηλῆν γερόντων, ὡς λέγεις,
Ἀβελτέρων.

Duas domos fallere ſenum, ut ais, ſtupidorum.

Ita verſus digeſſerat Kuſterus (& recte quidem, ſi ad digitos tantum exigantur) quem hic ſecutus eſt Vir Cl. Aliter vero diſponendi erant, & rotundius, & verius;

——— δύ' οἰκίας
φηλῆν γερόντων, ὡς λέγεις, ἀβελτέρων.

Ita verſus numeroſe apteque incedit: ſed quid ab eo ſenſum hujus rei exſpectamus, qui ne ſyllabarum quidem rationem tenet?

XII.

(12) ——— ἀναπετῶ
Τοῦτ' ἐπιστεγασθὲν, ἵν' οὖν ἀνέξομ' ὑκέτι.

Expandum

Expandam hoc accedens, neque amplius me cohibebo.

Ex Kuſteri conjectura hoc retulit Vir Cl. ad Ἁλιῆ Piſcatorem. Suidae enim codices ſic exhibent: Ἀναπτῶ, ἀναπτίσσω. Μένανδρος. Ἄλλοις ἀναπτῶ τυπὶ &c. At Kuſterus ſic locum corrigendum opinatus eſt, Μένανδρος Ἁλιεῖ vel Ἁλιεῦσι: fruſtra. Quoties enim Menander ibi laudatur, nulla dramatis mentione facta? adde quod ἄλλοις cum ipſa ſententia apprime convenit. Sic igitur locum conſtitue,

——— Ἄλλοις ἀναπτῶ
Τυπὶ προελθών, κοὐκ ἀνίξομ' ἐκεῖσε.
——— *aliis indicabo*
Hoc foras progrediens, neque tacebo diutius.

Ubi, ut vides, προελθών reponimus, pro προσελθών, quod nihil ad rem hic facit. Libenter autem, ſagaciſſimo Kuſtero hic dormitante, Viro Cl. condonabimus; qui ne illud quidem vidit τῇ τὸν lege metri in unam ſyllabam coaleſcere oportere.

XIII.

(14) Προσιὼν γέρων ἁλιεὺς, παρ' ᾧ τὸ Φέρνιον
Τείτλῳ ταύτλῳ ἐπριάμεθ' ἡμέραν.
Accedens ſenex piſcator, a quo cophinum
Ante tres hoſce dies emimus.

Ita verſus conſtituit Vir Cl. neſciens ſe in poſteriore verſiculo omnes ſenariorum leges conturbaſſe. Sed Euſtathius, unde hoc tranſtulit, habet ὁ προσιών. Tu ſic in ordinem ſuum verſus redige; ne litera quidem mutata, aut vocula inverſa:

——— ὁ προσιὼν
Γέρων ἁλιεὺς, παρ' ᾧ τὸ Φέρνιον τείτλῳ
Ταύτλῳ ἐπριάμεθ' ἡμέραν.

XIV.

(15) ——— Θάλασσα
Καὶ βορβορώδης, ἣ τρέφει θύννον μέγαν.
Mare etiam lutulentum, quod magnum thynnum alit.

Quid hoc homine facias, qui illud Θάλασσα Senarium claudere poſſe exiſtimat, in duabus ſyllabis totidem mendorum reus? Atqui apud Athenaeum loco citato ſic habetur, ἡ θάλασσα καὶ βορβορώδης. Priorem ἡ fuſtulit Vir Cl. in tenebris ſcilicet prodeambulans:

deambulans: alius, artis metricae luce adjutus, posteriorem sustuliſſet, & eo pacto effeciſſet rotundiſſimum Trochaïcum,

Καὶ ϑιλασσα βορβορώδης, ἢ πέφϑ ϑύπνον μέγαν.

ANATIΘEMENH pag. 12.

XV.

(2) —— Πρὸς ταῖς δώδεκα
Δραχμαῖς ϗ τριώβολον μέτοικος τελεῖ.
—— Praeter duodecim
Drachmas, & triobolum inquilinus ſolvit.

Haec, quaſi Menandri verba, ex Harpocratione nobis obtrudit Vir Cl. Harpocration autem ſic narrat: Μένανδρος δ' ἐν Ἀναπηρώνῃ ϗ ἐν Διδύμαις, πρὸς ταῖς δώδεκα δραχμαῖς ϗ τριώβολόν φησι τέτυς (μετοίκους) πλεῖν, ἴσως τὴν πλάτην: hoc eſt, *Menander in* Ἀναπηρώνῃ & Διδύμαις, *praeter* XII *drachmas triobolum ait pendere ſolere inquilinos; fortaſſe publicano.* Quis, niſi naris obeſae, non continuo olfeciſſet. Harpocrationis haec verba eſſe, non Menandri? Quî enim fieri potuit, ut eadem ῥῆσις ex duabus Fabulis citaretur? Ergo hoc ſuis verbis docet Lexicographus, in utroque Dramate hoc de Triobolo a Menandro innui: Poetae autem verba minime adducit. Vir tamen Cl. neque re ipſa admonitus, neque metri ſcientia cohibitus, inficetum illum Senarium hinc extudit, ſic opinor digitis computans,

Δραχμαῖς | ϗ τρι | ώβο | λον μέ | τοικος | πλεῖ.

Nonne ſyllabarum numerus apte reſpondet? Atque hoc ſatis erat Viro Cl. ut verſiculum, tribus pedibus fractis male titubantem, in luto pervolveret.

ANΔPIA. pag. 14.

XVI.

(2) Καὶ τεττάρων ὠῶν μετὰ τοῦτο, Φιλτάτη,
Τὸν νεοττόν.
Et quatuor ovorum poſtea, cariſſima,
Vitellum.

Bis in binis vocabulis peccavit Vir Cl. cum Senarium ab illis τὸν νεοττὸν inchoari poſſe credidit. Atqui eo, opinor, ſe excuſabit, quod in accuratiſſima Suidae editione, quam nuper adeo

dedit eruditiſſimus Kuſterus, pariter erratum ſit. Hoc quidem verum eſt; & nollem factum. Nam editio princeps Mediolanenſis clare recteque, ΝΕΟΤΤΟΝ, ἡ δ' ὠὸν λέκυθος, ᾗ τὸ πυῤῥὸν; non, ut nunc fertur, Νεοττός. Verſus etiam ſic recte exhibet,

Καὶ πτιλόρων ὠῶν μὴ τοῦτο, φιλτάτη,
Τὸ νεοττίον:

Non τὸ νεοττίον. Illam autem lectionem veram eſſe vel ipſa metri ratio manifeſte evincit; qua ſola auctoritate armatus neque Photio in Lexico, neque Aelio Dionyſio apud Euſtathium fidem habeo, qui pro ovi vitello νεοττὸς ponunt. Immo vero ὁ νεοττὸς *pullus*, τὸ νεοττίον *vitellus*.

XVII.

(4) Εὑρετικὴν μὲν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν
Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες.
Inventricem quidem eſſe ajunt ſolitudinem
Qui ſupercilia tollunt.

Atqui apud Donatum ſine illo μὲ habetur Εὑρετικὴν εἶναί φασι: quod ipſum cum verſum oneret, & ſyllabam longam ponat, ubi brevis requiritur, Vir tamen Cl. particulam μὲ de ſuo ſuperaddidit, ut tanto onuſtior miſellus Jambus incederet, dicam, an concideret. Aufer vero iſtud, & repone,

Εὑρετικὸν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν.

Εὑρετικὸν genere neutro, ut *Triſte lupus ſtabulis*, & alia ſexcenta: atque hoc ut verſui neceſſarium, ita per ſe elegantius eſt. Ipſe Menander in Γεωργῷ. Εὐκαταφρόνητόν ἐστι, Γοργία, πένης. in Ἀδελφοῖς. Πρὸς ἅπαντα δειλόν ἐστιν ὁ πένης πρόβλημα. Et alibi ſaepe.

XVIII.

(5) Λούσατε αὐτὴν τάχιστα.
Hanc quantocius lavate.

Ex Donato ad Terentii Andriam hoc hauſit Vir Cl., ſuo tamen mangonio pro more immutatum: Ibi enim ſic extat, Λούσατε αὐτὴν ΥΤΙΣΤΑ: unde illud τάχιστα noſter interpolavit. Sane perite; neque enim cum Senario, neque cum Trochaïco convenit: & hoc tamen qualecumque eſt Caſaubono debet apud Lindenbrogium. At quam nullo negotio vera lectio eruenda erat,

——— Λούσατ' αὐτὴν αὐτίκα.
Lavate hanc ſtatim.

XIX.

(10) Σχολύψασα σὺ μυρρίνας τῇδε ἔκτεινε.
Evulſos myrteos ramos hac extende.

Praeclarum artis ſpecimen editurus Vir Cl. ita infit: *Ex veſtigiis depravatiſſimae apud Donatum ſcripturae haec verba collegi.* Ego vero, priuſquam illa legeram, mirari mecum tacitus, ex quo tenebricoſo ſpecu tam horrendum carmen apportaretur: advenire certe non potuit, cui neque caput nec pedes ſunt. Téne, Vir Clariſſime, hujuſmodi portenta pro Senariis Menandri venditare? Quanto ſatius erat has nugas difficiles Grammaticis relinquere, neque in alienam provinciam infauſto pede te inferre? Enimvero, ut tam immodulatum carmen tibi condonemus, quae, ſodes, ſententia eſt? σχολύψασα *evulſos* latine reddis. Quid? An myrti in ſcena radices egerant? Unde vero Menandro σχολύψαι pro *evellere?* Fefellit te, video, Heſychius, qui ſolus hoc vocabulum exhibet. At ſi ſciſſes impurum illud Archilochi, Πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν; non, opinor, ex olido lupanari emendationem tuam arceſſiviſſes. Quid autem illud ἔκτεινε *extende?* anne id nobis pro *ſterne* obtrudes? nil equidem quicquam vidi, aut tetrius, aut infelicius. At aliud prorſus pollicentur corrupta illa apud Donatum, ΚΟΔΕΞΙΑC CYMYPPYNAC XXHC ΔΙCTCINC. Ecce enim quod nos primo conamine excudimus; neque enim in ſpineto hoc haerere libuit:

Ἀπὸ δεξιᾶς σοι μυρρίνης κλάδους λάβε.
A parte dextra ſume verbenas tibi.

Cum *a dextra* dicit, oculo *aram* ſignificat, quae ibi data opera collocabatur. Ergo apte ſatis reſpondet Latinis Terentii,

Ex ara hinc ſume verbenas tibi.

Nam Cyrillus in Gloſſario, Μυρρίνης κλάδος interpretatur *verbena.* Atque haec noſtra, ut tuis propius ad corruptam ſcripturam accedunt, ita, quod in hac re maximum eſt, Senarium efficiunt, ipſi Menandro non inficiandum.

ΑΝΔΡΟΓΥΝΟΣ. pag. 18.

XX.

(4) Πλήξας γὰρ ἔφθειρεν ἐκ τῆς τάξεως
Πόθεν τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.
Percuſſas enim perdidit ex acie
Alicunde omnes quae in Lamia erant.

Ita verſus ordinavit Vir Cl. ut utrumque mendoſum dederit: Nimirum non quantitate, ſed numero ſyllabarum Senarium metiebatur.

Πλήξας | γὰρ ἴφ | θιεῖν | ὀπ πυ | ρφαλξ | ως

O hominem dignum, qui Criticae myſteria diſcipulis nobis patefaciat! Quam levi opera ſic dare potuiſſet!

Πλήξας γὰρ ἴφθειρ' ὀπ πυρφαλξώς ποθιν
Τὰς ὀ Λαμία πάσας.

ΑΝΕΨΙΟΙ. pag. 18.

XXI.

(2) Ὁ φανὸς ἐστὶ μεστὸς ὕδατος ὑτοσί.
Δεῖ τ' ὐχὶ σείειν αὐτὸν, ἀλλά γε σποδιεῖν.
Fax haec eſt plena aqua,
Oportetque eam non concutere, ſed cinere tegere.

Ita rectiſſime, inquit Grotius, *ad Athenaeum Caſaubonus* σποδιεῖν *pro* ποδιεῖν. Magna quidem nomina, & omnibus veneranda. Sed, ſi verum proferre ſine invidia licet, quid huc facit σποδιεῖν? Quorſum *cinere tegenda* fax? An cinerem ſecum ferebant, qui in plateis ambulabant? ſed domi, inquient, ut futuris uſibus inſerviret. At quid hoc facit ad praeſens deficientis luminis incommodum? quam inepta autem frugalitas in facula unius teruncii? Quorſum autem futuro tempore σποδιεῖν? nonne ipſa ſententia praeſens efflagitat, Δεῖ σείειν καὶ σποδίζειν? Quid, quod verſum ipſum ſua conjectura corruperit vir magnus? In fine etiam Tribrachum poſuit pro Jambo, prorſus indignantibus Muſis. Verba apud Athenaeum ſic exſtant; Δεῖ τ' ὐχὶ σείειν, ἀλλὰ ποδιεῖν αὐτόν. Lege haud magna mutatione,

Δεῖ τ' ὐχὶ σείειν, ἀλλ' ἀποσείειν αὐτόν.
Oportet eam non concutere, ſed protenus abjicere.

Eleganter luſit Menander in verbis σείειν & ἀποσείειν. Fax illa erat aquâ plena, utpote de viridibus ſarmentis confecta. Tam malam faculam fruſtra eſſet σείειν *quaſſare*; quod alias ſolebant, ut fulgorem excitarent; ſed ἀποσείειν *projicere* potius oportuit, nullius ſcilicet uſus.

XXII. (3)

XXII.

(3) ——— εἰσιὼν
Πανὸν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅτι πάρεστι, Φῶς
Μόνον πολὺ ποιεῖ.

——— ingreſſus
Phanum, lychnum, lychnuchum, quia adeſt, lumen
Tantum multum facito.

In Athenaeo eſt ποιεῖ *facit*: ſed cum Dalechampius verterat *cura* modo Imperativo, hoc ſurripiens Vir Cl. πόιει *facito* in textum intruſit. Nempe loci hujus ſententiam & conſtructionem ne per nebulam quidem conſpicere potuit. Tu ſcribe & diſtingue,

——— εἰσιὼν,
Πανὸν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅτι πάρεστι φῶς
Μόνον, πολὺ ποιεῖ.

——— *Ingrediens* quidam
Phanum, lychnum, lychnuchum afferendum clamat;
Quod unicum adeſt lumen, multum facit tot vocabulis.

Addidimus quædam in verſione, quo ſententia magis eluceſceret. Nempe ex ipſo Athenaeo conſtat, πανὸν, λύχνον, λυχνοῦχον diverſa tantum nomina eſſe rei ejuſdem. Domum autem abiturientes a caena facem poſcere ſolebant caſu accuſativo, Παῖ, πανόν. Παῖ, λύχνον. Apud Athenaeum ergo lib. xv. pag. 699. Deipnoſophiſtae diſcedentes, Ὁ μὲν τις ἴλεγε, Παῖ, Λύχνειον· ὁ δὲ, Λυχνίαν· ὁ δὲ, Λοφνίαν· ὁ δὲ, Πανόν· ὁ δὲ, Λυχνοῦχον· ὁ δὲ, Λύχνον· ἕτερος, Δίμυξον λύχνον· ἄλλος, Ἐλάνιλω· κὴ ἄλλος ὅτι δή ποτε· *alius clamabat, Puer, Lychneum: hic, Lychnea: ille Lophniam; alter, Phanum: alius, Lychnuchum: alius, Lychnum: alius, Dimyxum lychnum: alius, Elanam: alius aliud quodlibet:* tot vocabulis unam eandemque rem enunciantes. Atque haec quidem ſententia, prout a nobis eſt explicata, venuſta eſt & Menandro digna: at Viri Cl. verſio putida, & ipſa nive frigidior.

ΑΡΡΗΦΟΡΟΙ. pag. 20.

XXIII.

(1) Βίῳ δ' ἔνεστιν ἀσφάλεια ὐπὸ ταῖς τέχναις.
Vitae vero ſecuritas artibus ineſt.

Seductus eſt hic a magno Grotio Vir Cl. & ideo ſub ejus umbra protegetur. Stobaeus ſic dederat,

Βίᾳ δ' ἔνεστι μί' ἀσφάλεια τὸ πᾶσι τέχναις.
Vitae autem unica ſecuritas eſt in artibus.

Ceterum verſus, ut videtur, gratia Vir illuſtris interpolavit locum. Perperam; cum illud μί' & cum metro conveniat, & ſententiam egregie adjuvet.

XXIV.

(2) ——— Πάντας σὺ μεθύσεις, Βυζάντιον,
Τὺς ἐμπόρους ποιεῖς. ὅλην ἐπίνομεν
Τὴν νύκτα δι' σε, καὶ σφόδρ' ἀκρατόν μοι δοκῶ.
Ἀνίσταμαι γὰρ τέτταρας κεφαλὰς ἔχων.
——— Omnes tu ebrios, o Byzantium,
Mercatores facis: totam bibimus noctem
Propter te, & quidem plane merum, ut mihi videtur.
Surgo enim habens quatuor capita.

Iterum hic Vir Cl. deceptus eſt a Grotio, qui poſt Caſaubonum ad Athenaeum miras hic turbas dedit, dum luxatis, ut credidit, verſibus ſtuduit conſulere. Apud Athenaeum ſic locus habetur: Πάντας μεθύσεις τὺς ἐμπόρους ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἐπίνομεν, &c. Vides haec a Grotianis immane quantum abſcedere: & tamen eodem ordine verba proferuntur apud Aelianum Hiſt. Var. III, 14. Uterque porro habet ποιεῖ τὸ Βυζάντιον; non, ut Grotius interpolavit, ποιεῖς. Quid multa? Ne litera quidem vel mutata vel inverſa, verſus ſani ſunt apud Athenaeum, modo ſic digerantur,

——— Πάντας μεθύσεις τὺς ἐμπόρους
Ποιεῖ τὸ Βυζάντιον· ὅλην ἐπίνομεν
Τὴν νύκτα δι' σε. &c.
hoc eſt,
——— *Omnes mercatores ebrioſos facit*
Byzantium: totam noctem tui cauſſa bibimus.

Nimirum hic, quicumque eſt, alloquitur alium neſcio quem. Tu, inquit, qui Byzantium negotiatum iviſti, ebrioſitatem ibi didiciſti, ut ceteri mercatores ſolent: tua quidem cauſſa totam noctem potavimus, qui citius diſcedere noluiſti. Res, (ut vides, & ipſe Dramatis titulus demonſtrat,) Athenis agitur: ut fruſtra fuerit Grotius, qui propter illud δι' σε adlocutionem ad Byzantium hic odoratus eſt, & proinde ſcenam ibi collocavit.

XXV. (3)

XXV.

(3) ——— Οὐ γαμεῖς, ἂν νοῦν ἔχῃς,
Τοῦτον καταλιπὼν τ' βίον, &c.
——— Uxorem non duces, ſi ſapias,
Hac relicta vita.

Grotius hoc ad locum: Οὐ γαμεῖς ἂν) Ἂν *pro* ἐάν. At quid opus hac adnotatione, cum apud Athenaeum diſerte habeatur,

——— Οὐ γαμεῖς, ἐάν γε νοῦν ἔχῃς?

Si verſus gratia interpolabat Grotius, omnino aliud tum agebat: recte enim habet hoc, aeque ac illud. Idem etiam clanculum corrupit verſum hic octavum,

Οὗ τ' τελέχοντ' οὐκ ἀπόλλυ) τέλα
Πλουσίοις.

Quippe Athenaeus ἀπόλλυ) habet. Et quae cauſa erat plurale hic ingerendi? cum Neutra nomina pluralia, ut pueris notum eſt, frequentius cum verbo ſingularis numeri conſtruantur. Haec animadvertiſſe Viri Cl. erat; ſi expectationem, quam de opere ſuo commoverat, explere valuiſſet.

XXVI.

(4) ——— Πάντ' ἐστὶ τῷ καλῷ λόγῳ
Ἱερόν. ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων θεῷ.
——— Omnia ſunt rectae Rationi
Templum: mens enim eſt quae Deum alloquitur.

In hoc quoque a Grotio deceptus eſt Vir Cl. Juſtinus enim ſic poſuit,

——— Ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων θεός.
——— *Mens enim eſt ille Deus oracula daturus.*

Egregia ſane ſententia. Quo, inquit, iter capeſſis, Apollinis oracula conſulturus? Si rectam rationem, ſi vera dogmata ſequimur; ubique templum & oraculum eſt: mens enim cujuſque eſt Deus ille oracula daturus, quem fruſtra alibi quaeſiveris. Quoties in his fragmentis, vel ex ipſo Juſtino petitis, habemus, Ὁ νοῦς ἐν ἡμῖν θεός, *Mens in nobis Deus eſt?* Perperam igitur Grotius, qui Θεῷ hic interpolavit: quo poſito, nulla jam hic ratio redditur, cur omnis locus ſit templum. Nam & Delphis *mens* ſuperſtitioſiſſimi cujuſque *alloquitur Deum.* Porro autem, quid illud ſibi vult, Πάντα ἐστὶν ἱερόν? Hic merus ſolocciſmus eſt. Corrige,

——— Πανταχῇ ἐστι, τῷ καλῷ λόγῳ,
Ἱερόν· ὁ νοῦς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων Θεός.

XXVII.

XXVII.

(5) ——— Ἢ χαλκῶν μέγα ὅλκιον.
——— Aut aeneum magnum holcium.

Hoc ex Polluce posuit Vir Cl. tamquam posterius esset membrum Senarii: sed solenniter errat, ut pote rei metricae prorsum ignarus. Viri eruditi ad illum locum Pollucis ex veterrimo codice proferunt ὁλκεῖον, non ὅλκιον. Sic ergo haec digerantur,

——— Ἢ χαλκῶν μέγα
Ὁλκεῖον. ———

XXVIII.

(6) Δωδωναῖον χαλκεῖον.
Dodonaeus lebes.

Hoc mancum adeo mutilumque ex Zenobio & Suida protulit Vir Cl. longam vero ῥῆσιν Menandri, quo illi spectabant, quaeque apud Stephanum Byzantium in Dodone exstat, prorsus praeteriit: quod casu an consulto omissum fuerit, viderit ipse, qui in adnotatione ad hunc locum Stephanum ipsum ad partes vocat. Nos eo lubentius hic totam ponemus, quia eadem opera licebit emendare. Μέμνηϑ', inquit, αὐτῆς (τῆ παροιμίας) Μένανδρος ἐν Ἀμφιθέᾳ·

Ἐὰν δὲ κινήσῃ μόνον τὴν Μυρτίλην
Ταύτην τις, ἢ πίτθην καλῇ, τέρας ἐ ποιεῖ
Λαλιᾶς. τὸ Δωδωναῖον ἂν τὸ χαλκίον,
Ὃ λέγουσιν ἠχεῖν (ἂν παράψηϑ' ὁ παριὼν)
Τὴν ἡμέραν ὅλην, καταπαύσαις ἆττον, ἢ
Ταύτην λαλοῦσαν. νύκτα γ' ἐπεισλαμβάνει.
Si autem moveat tantummodo hanc Myrtilam
Quis, aut Nutricem eam vocet, finem non facit
Garriendi. Vel Dodonaeum illum lebetem,
Quem dicunt sonare (siquis tetigerit praeteriens)
Diem totam, compescas citius, quam
Hanc loquentem: noctem quippe adsumit.

Hoc Stephani de Dodone fragmentum, quod hic ex nostra emendatione dedimus, iterum denuo post annos a priore editione octodecim recensuit celeberrimus Professorum *Gronovius*, cui

cui multa me debere ingenue profiteor. Liceat tamen nonnulla hic candide in medium proferre, quae perſpicaciſſimos ejus oculos tot annorum ſpatio effugerunt. In verſu ſecundo D. Profeſſor cum vulgo legit, ἣν τίτθην καλεῖ, *quam ille nutricem vocat*; in qua lectione ne mica quidem ſalis eſt. Quid enim mirum, quid memoratu dignum, ſi nutricem quis vocaverit, quae nutrix ſit? Enimvero non ipſe ſolum alumnus, ſed ceteri omnes domeſtici & noti Nutricis nomine talem compellabant, ut ex Comoedia notiſſimum eſt. Abſit igitur ab elegantiarum patre Menandro tam putidum ſchema: & ſcribe nobiſcum, ἣν πίτθαν καλῇ: Si digito, inquit, quis tetigerit Myrtilam, aut nomine tantum appellaverit, uno illo verbulo excitata nutricula *nunquam loquendi finem facit*. Nam & ibidem legimus, πέρας δ' οὐκ εἰ λαλιᾶς, pro vulgato illo, πέρας οὐκ ἔτι. D. quidem Profeſſor ex unico illo codice, qui πίτερας habet, non πέρας, literam illam παῦ arripuit, ut fit, πίρας οὐκεῖ λαλιᾶς, *monſtrum exhibet ſermonis*. Quod, pace tanti Viri, & ſocco diſconvenit, & eſt ambiguum. Quî enim ex his verbis *garrulam* magis, quam *clamoſam* intelligas? Cum & Stentor *monſtrum ſermonis exhibuerit*, non loquacitate, ſed ſono. Eſto itaque, ſi placet, vel meâ causâ, πίρας δ' οὐκεῖ; quod cum ſequentibus cohaerebit aptius; neque tamen verſum onerabit, ut mea fide polliceri auſim. Jam autem, quod continue ſequitur,

Τὸ Δωδωναῖον ἂν τὸ χαλκίον.

Nimis vellem ornatiſſimus Profeſſor ne tetigiſſet quidem. Τί habebant vulgati codices, cujus vicem ſubſtituimus τό. Τὸ χαλκίον τὸ Δωδωναῖον, tam trita formula, tam facili correctione, ut ea legens vel ſemiſomnis emendare ſtatim potuiſſem. Sed acutiſſimus D. Profeſſor, quo nemo minimos Manuſcriptorum apices diligentius examinat, aut plura inde myſteria exſculpit; ubi animadvertit ἂν π in unico illo codice, non acuto, ut in Encliticis ſolet, ſed gravi accentu ſignatum eſſe; ex mente librarii illud π ne legendum quidem eſſe ſagaciſſime divinavit: in qua re omnes Judaeorum Rabbinos cum Maſoreticis ſuis punctulis longe poſt ſe reliquit. Rejecto igitur illo π, ſic verſum conſtituit,

Λαλιᾶς· τὸ Δωδωναῖον ἂν χαλκίον, ὃ

Vide autem, ut praeclare ſaepe excogitatis fortuna invidet. Plauſum clarum omnes dediſſemus; niſi Senarius ille, quem octodecim annos ſub incude habuit, informis adhuc eſſet, & contra artis regulam Trochaeum in quinto haberet. Ego vero dejeraſſem D. Profeſſorem χαλκεῖον, ὃ ſcripſiſſe, quo omnis res ſalva foret, & ſcelerato Typothetae mala multa ingeſſiſſem, niſi mirificam Semonis illius in ſuis accurate excudendis diligentiam noveram. Unicum reſtat, & leviculum id quidem; nihil

aliud ſcilicet quam Soloeciſmus, Rhetoribus quidem nonnullis valde exoſus: ſed is quo craſſior eſt & obtuſior, eo levius auctorem ſuum vulnerabit. D. Profeſſor cum vulgo ſic dedit, Τὸ Δωδωναῖον χαλκίον, κατακτᾶσθαι θᾶττον ἄν, ἢ πάντ' λαλῆσαι. Jam cum illud χαλκίον, ſi hanc ſcripturam ſequimur, ſine dubio ſit caſu recto; κατακτᾶσθαι (ſive potius κατακτάσθαι) erit aoriſtus modi potentialis: & ſic quidem accepit D. Profeſſor cum vertit, *Aes Dodonaeum ſe continebit*. His poſitis, in ſoloeciſmi crimen Vir longe optimus incidit; nam dicendum utique erat caſu recto, αὐτὸ λαλῆσαι. Nos itaque, ſi non doctiores, at cautiores felicioreſve, Κατακτάσθαι repoſuimus; quod noramus ſcilicet id vocabulum active accipi paſſim ſolere, *compeſcere, comprimere*; neutre vero rariſſime.

XXIX.

(7) Β. Εἰς χόρον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
Πᾶσι νῦν, πῖθι γὰρ κακῶς.
Jam ad ſatietatem bibiſti, Soſila,
Omnibus nunc, bibe enim male.

In Athenaeo, ait Vir Cl., *eſt* Βάλλ' εἰς χόρον: *ſed cum ſit integer Senarius ſine* Βάλλε, *credidi* B. *aut* Βάλλ. *fuiſſe initium nominis perſonae Soſilam alloquentis*. Argute & ingenioſe, ut nihil ſupra. O ſi illud tunc memminiſſet, in Plauti Pſeudolo, atque adeo in Graeco ſcriptore unde Plautus fabulam vertebat, Ballionis cujuſdam partes eſſe! Quas non Graevii Broukhuſiique conjecturas prae hac ſua contempſiſſet? Dic vero ſerio, Vir Cl., ſoletne Athenaeus Perſonarum nomina citationibus ſuis interponere? ſi umquam integrum perleges; vel unum nobis exemplum profer, & viceris. *Sed ſine illo* Βάλλε, *Senarius*, inquit, *integer eſt*. Βάλλε εἰς κόραχας cum tuis Senariis tam lepidis. Si ab εἰς κο Trochaeo ſcanſionem inchoas, jam ſemel peccaſti primo ipſo pede: ſi ab εἰς χόρον Dactylo incipis, ter in ſequentibus pedibus crurifragio mulctaberis. Lege igitur poſthac, ſi ſapis, Βάλλ' εἰς χόρον; quod civiliter & per εὐφημισμὸν dicitur pro εἰς κόρακας; ut Βάλλ' εἰς μαχαίραν, verbo quidem longe diverſo, ſenſu vero eodem. Sin hoc minus arrideat, tum me volente repones Βάλλ' εἰς φθόρον, quod in Vaticano Proverbiorum appendice habes, ex hoc ipſo fortaſſe loco petitum. Ceterum, *ſequentis verſus verba*, Viro Cl. judice, *vix ſana eſſe videntur*. Videntur autem? ubi neque numeri ſunt, neque ulla ſententia. Sine dubio corrupta ſunt, & in Editione prima Aldina ſic habentur, Πᾶσι νῦν, πῖθι μόνος γὰρ κακῶς. Ex hac vetuſta lectione auſpicanda eſt emendatio; & tu obſerva, an ab ea nimium abſcedam. Colloquitur Soſilas cum alio quodam:

A. Βάλλ'

Α. Βάλλ' ἐς κόρον ἤδη πέπωκ' ἔτυμος, Σωσίλα;
Σως. Καὶπινε. Α. Νῦν ἴσθι πῖθι, νεανίᾳ γὰρ ψυχῇς.
A. Abi in malam rem: unquamne antea potaſti, Soſila?
Sos. Etiam jejunus. A. Nunc igitur pota, nam miſere eſuris.

Si haec pro Menandreis venditarem, non credo erubeſcenda mihi forent: habent enim Atticae quiddam vernilitatis. Sed ecce alia, &, ni fallor, meliora!

Α. Βάλλ' ἐς κόρον ἤδη πέπωκ' ἔτυμος, Σωσίλα,
Ἑλλέβορον; ΣΩΣ. Οὐ. Α. Νῦν πῖθι, μαίνῃ γὰρ ψυχῆς.
A. Abi in malam rem. Unquamne bibiſti, Soſila,
Helleborum? SOS. Non. A. Nunc bibe, nam male inſanis.

Πῖθ' ἑλλέβορον habes apud Ariſtophanem in Veſpis; ubi Scholiaſtes notat πῖθι *bibe* de medicamentis proprie uſurpari. Ergo ἑλλέβορον hinc excudi, non ductu quidem literarum, ſed ſententiae indole. Μαίνῃ vero ab illo μαίνει vel ſponte ſua enaſcitur.

ΑΣΠΙΣ. pag. 24.

XXX.

(2) ——Ὦ τρισάθλιοι
Βασιλεῖς, τί πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων; βίον
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν, &c.
——O ter infelices
Reges! quid amplius habent, quam alii! vitam
Quam miſerandam ducunt.

Vocem βασιλεῖς, inquit Grotius, *addidi, ut verſui ſua ratio conſtaret.* Utinam & ſententiae conſuluiſſet Vir ſummus, neque pro *Tyrannos*, ut Stobaei Titulus monſtrat, *Reges* hic *infelices* induxerat. Facilius autem &, opinor, melius ſic verſus ſuſtentabitur,

——Ὦ τρισάθλιοι,
Τί πλέον ἔχουσι δημοτῶν ἄλλων; βίον
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσι.
——O *ter infelices,*
Quid amplius habent, quam alii plebeii!

Nempe de Tyrannis verba fecerat Menander in prioribus verſibus, quos omiſit Stobaeus. Recte autem δημοτῶν: ut Euripides ibidem,

——Δημότης δ' εὐτυχὴς
Ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τύραννος ὤν.
——Plebejus *quidem felix*
Vivere mallem, quam Tyrannus *eſſe.*

Quin & ſic poteris verſum ſupplere,

Τί δῆτα πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων; βίον &c.

XXXI.

(3) ——Στρατιώτην καὶ μικρὰν σωτηρίας
Ἐξ' ἔργον εὑρεῖν εὐφάσιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον.
——Militem etiam exiguam ſalutis
Difficile eſt rationem invenire, exitii facile.

Iterum Grotius: *Ita reſtituenda lectio,* Στρατιώτην κ' μικρὸν, *Salmaſio auctore, vulgo* Στρατιώτην σμικρόν. Atqui naſutus lector, opinor, animadvertet, illud κ' μικρὸν *etiam exiguam* fruſtra onerare ſententiam; atque etiam hoc poſito, ſic in redditione dicendum fuiſſe, ὀλέθρου δ' εὔπορον κ' μεγάλην, *exitii autem facile eſt etiam magnam.* Equidem vix dubito, quin vera illa ſit lectio, quae mihi ſponte in mentem incidit,

——στρατιώτην, Σμικρίνη, σωτηρίας
Ἐξ' ἔργον εὑρεῖν εὐφάσιν, ὀλέθρου δ' εὔπορον.
——*militem, o Smicrine, ſalutis*
Rationem labor eſt invenire, exitii facile.

Quanto haec caſtigatiora ſunt illis Salmaſianis! Alloquitur nempe miles hic Smicrinem quendam. Σμικρίνης autem perſona Comica eſt frequenter occurrens. Quam facile autem in σμικρόν hic degeneraverit nihil attinet notare.

XXXII.

(5) Πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες τ' χάρακα,
Τὰς κώμας ἐπόρθουν.
Multi enim relicto vallo villas diripiebant.

Sic peſſime verſus digeruntur in poſtremis Harpocrationis editionibus; uterque enim verſus clumbis eſt, neque ambulare poteſt. Hoc tamen pro egregia ſua peritia ſibi aſſumpſit Vir Cl. cum tamen apud Suidam a Doctiſſimo Kuſtero melius conſtitutum locum viderat,

Πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες τ' χάρακα, τὰς
Κώμας ἐπόρθουν:

Rectiſſime vero apud Grotium,

——πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες
Τὸν χάρακα, τὰς κώμας ἐπόρθουν.

O hominem, quo incolumi, Salmaſios, Scaligeros, Caſaubonos haec aetas non deſideret!

ΑΥΤΟΝ ΠΕΝΘΩΝ. pag. 28.

XXXIII.

(2) ——ὁ δὲ πλοῦτος τυφλόν,
Τυφλοὺς δ' ἐς αὐτὸν ἐμβλέποντας δεικνύει.
——Divitiae caeca res ſunt,
Reddúntque caecos, qui eas intuentur.

Haec in verſus digeſſimus, ait Grotius, *cum vulgo confuſa in hunc modum exſtarent:* Τυφλὸν ὁ πλοῦτος, ἓ τυφλοὺς ἐμβλέποντας εἰς αὐτὸν δεικνύει. Atqui ſine violenta illa luxatione facillimum fuit verſiculos ordinare, ſervata ſerie vocabulorum.

——τυφλὸν ὁ πλοῦτος, ἓ τυφλοὺς
Τοὺς ἐμβλέποντας εἰς ἑαυτὸν δεικνύει.

Quis non videt τοὺς & facile a praecedente ſyllaba abſorberi potuiſſe, & ex Graecae Linguae ingenio neceſſarium hic eſſe. Recte quoque ἑαυτὸν, ut & ipſe Grotius vertit, *Quique aciem in SE defigunt.*

ΒΟΙΩΤΙΑ. pag. 30.

XXXIV.

(3) ——πολλὰ δύσκολα
Ἐν τοῖς πᾶσιν εὕροις πράγματ'· ἀλλ' εἰ πλείονα
Τὰ συμφέροντ' ἔνεστι, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν.
——multa moleſta
In omnibus negotiis inveneris; ſed an plura
Quae proſint inſint, hoc te oportet conſiderare.

Ob verſum, inquit Grotius, (cujus verba hic ſupprimit Vir Cl.) *ita poſui, ἐν πᾶσιν εὕροις πράγματ'. Erat ante, ἐν τοῖς πᾶσιν εὕροις ἄν.* Unde conſtat, illud τοῖς, quod in verſu omnino redundat, pro errato Typographico habendum eſſe. Nihil hic tamen ſenſit Vir Cl. ſed τοῖς in textum patienter recepit, atque eo pacto verſum jugulavit. In Grotii tamen emendatione perperam ejicitur ἄν, quod cum εὕροις neceſſario requiritur. Πράγματα quoque non ita concinne inſerſit. At vide, quam levi brachio verſus reſtitui potuit,

——πολλὰ δύσκολα
Ἐν τοῖς ἅπασ' εὕροις ἄν· ἀλλ' εἰ πλείονα.

XXXV.

XXXV.

(4) Οὐκ ἔστιν ἑκτεὺς τυτὶ, μὰ τὸ Ἀσκλήπιον.
Non eſt hoc menſura ſex Choenicum, per Aeſculapium.

Neſciebat Vir Cl. τυτὶ poſteriorem ſyllabam producere: quod etiamſi ſciſſet, admiſiſſet nihilominus; cum neſciat ſenarium in locis paribus dactylum non recipere. Sic leviter corrigendus erat verſus,

Οὐκ ἔστιν ἑκτεὺς τοῦτο, μὰ τὸ Ἀσκλήπιον.

XXXVI.

(5) Πέντε καινὰ μὲν ἠ περίνησα πορφύρᾳ.
Veſtes quinque novas & purpura praetextas.

Fragmentum hoc ex Photii lexico inedito Vir Cl. protulit; quo ſane a Lectoribus gratiam iniiſſet, ſi aut corruptum reſtituiſſet, aut non ipſe fortaſſis ultro corrupiſſet. Quid enim illud πέντε καινὰ μέν? qua quidem lectione verſus miſeris modis trucidatur. Appello Viri Cl. conſcientiam, annon Doctiſſimus *Boernerus*, qui Photii loca ex codice Oxonienſi ei ſuppeditavit, pro illo πέντε καινὰ exſcripſerit πεκτικτιναί? Ego enim, cum beatam illam Britanniam viſerem, & Oxonii eundem codicem verſarem, ſic hiſce oculis ibi legeram. Unde facilis mihi nata eſt emendatio,

Πεντικτινῆ μ', καὶ φοίνισα, πορφύρᾳ.
Quinque pectinibus texta, & purpurae limbo circumdata.

Quin ex illo πέντε καινὰ, ſine ope illius codicis, veram hanc correctionem facile eruiſſem, vel ex Polluce, quem hic Vir Cl. laudat. Ille enim ibi hunc Iambum citat ex Antiphane,

Περίνησα, κ' φοίλευκα, κ' πεντίκτινα.

At apud Suidam reperies Πεντίκτινοι, & apud Heſychium Πεντικτινῆ; quae poſtrema lectio optime convenit cum verſu Menandri.

ΓΕΩΡΓΟΣ. pag. 32.

XXXVII.

(2) Ἀγρὸν εὐσεβέστερον γεωργεῖν οὐδένα
Οἶμαι· φέρει γὰρ ὅσα θεοῖς ἄνθη καλά,
Κίττον, δάφνην· κρίθας τ', ἐὰν σπείρω, πάνυ
Δίκαιος ἀποδίδωσ', ὅσας ἂν καταβάλω.

Agrum

Agrum religioſiorem *meo* neminem colere
Opinor; fert enim quotcumque Diis grati ſunt flores
Hederam, laurum. Tum & hordea, ſi forte ſevero,
Tot mihi juſtus reddit, quot ego depoſuerim.

Ita conſtituendus vertenduſque eſt hic locus, qui a Grotio male acceptus eſt. Pro ὅσα θεοῖς repoſuit ὡς θεοῖς, pro κρίθας τ' ἰὰν dedit λ' ἰάν: ubi utroque loco pro ſanis & veris pejora ſubſtituit. In verſu autem quarto, cum antea legeretur, Δικαίως ἀπίδωχ' ὅσ' ἂν καζαβάλω, ille ſic edidit,

Δίκαιος ἀπίδωκεν τἄσ' ὅσ' ἂν καζαβάλω.

Ubi plurima ſane peccavit. Ut verbo dicam, ipſa ſententia praeſens tempus poſtulat ἀποδίδωσι, & femininum genus ὅσας.

ΓΛΥΚΕΡΑ. pag. 34.

XXXVIII.

(1) ——τί κλαίεις;
Ὀμνύω σοι τ' Δία τ' Ὀλύμπιον,
Καὶ τ' Ἀθηνᾶν, φιλτάτη, ὀμωμοκώς
Καὶ πρόσθεν ἤδη πολλάκις.
Quid fles? juro tibi per Jovem Olympium
Et Minervam, o cariſſima; juratus etiam
Prius jam ſaepe.

Haec ex Priſciano citat Vir Cl. & editioni Putſchii fidem habens, ita verſiculos conſtituit, ut malis modis eos diſperdiderit. Diſcat autem poſthac ſic eſſe digerendos,

——τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τ' Δία
Τὸν Ὀλύμπιον, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη,
Ὀμωμοκὼς καὶ πρόσθεν ἤδη πολλάκις.

ΔΑΚΤΥΛΙΟΣ. pag. 36.

XXXIX.

(3) Ἐπεὶ δ' ἄνους ἔτως ὁ κακοδαίμων ἔφυ,
Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως,
Καὶ ταῦτα πεντήκοντα παιδίσκας ἔχων.
Quandoquidem ita inſanus erat ille infelix,

Ut

Ut filiam non libenter elocaret,
Idque cum haberet quinquaginta ancillas.

Haec ex Ammonio Grotius ſic interpolavit: miror autem tantum virum in verſu ſecundo tam negligenter verſatum eſſe, ut mediam in θυγατρὸ ſyllabam produxerit: Viro autem Cl. facile ignoſco, qui omnino neſcit an producta ſit necne. Apud Ammonium ſic habetur. Ἐπὶ τοῦτ' οὖν αὐτὸς οὗτος κακοδαίμων ἔφη. Ὡς οὐκ ἂν ἐνδοίη θυγατέρα ἀστῷ: unde haec nos excudimus, Grotianis, ni fallor, haud deteriora.

Ἐπὶ τοῦτ' οὖν αὖθ' οὕτως ὁ κακοδαίμων ἔφη,
Ὡς οὐκ ἂν ἐνδοίη θυγατέρας ἀστῷ.
Ad hoc infelix ille ſic reſpondit,
Se nolle elocare filias libenter.

Ceterum totam ſententiam perdit Vir Cl. cum παιδίσκας vertit *ancillas:* eo enim culpatur *infelix ille,* quod cum L ei eſſent *filiae,* nullam cuiquam in matrimonium dare vellet. Siquidem hunc locum ideo laudat Ammonius; ut oſtendat παιδίσκαν non *ancillam,* ſed ἐλευθέραν *liberam* apud Atticos ſignificare.

ΔΑΡΔΑΝΟΣ. p. 38.

XL.

(1) Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκτεθραμμένος
Οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων, ὁρῶν ἠχθέτο
Τὸν πατέρα μικρ' ἔχοντα· παιδευθεὶς δ' εὖ
Τὸν καρπὸν εὐθὺς ἀπέδωκε χάριτος καλόν.

Ita & Theon, & ex eo Grotius ἀπέδωκε; Vir tamen Cl. credo ut uerſui conſuleret, ἐνέδωκε dedit; neſcius ſe eo non ſanare, ſed jugulare. Quid autem voluit, cum οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων interpretatus eſt, *ex iis quae pater non habebat?* Vertendum utique erat. *Non pro fortunis patris, ſumtuoſius quam res patris ferebat.*

XLI.

(4) Καὶ λαῖμα βακχεύει λαβὸν τὰ χρήματα.
Et guttur bacchatur, quod pecunias ſumſit.

Aliud eſt praecepta Artis Criticae adoleſcentibus tradere, aliud eam perite & feliciter exercere. Apud Scholiaſtem extat λαβών; & ſi pro λαῖμα accentu immutato ſcripſeris λαιμὰ, rectiſſime ſe habebit verſiculus,

Καὶ

Καὶ λαμπὰ βακχεύει, λαβὼν τὰ χρήματα.
Et protervè bacchatur, ubi pecunias accepit.

Λαμπὰ neutro plurali adverbialiter accipitur: ut *Aſper, acerba tuens*, & ſimilia, cum Graecis, tum Latinis familiaria. Heſychius, Λαμπὰ, λαμπρῶς, hoc eſt, *protervè, inſolenter*; hunc fortaſſe locum reſpiciens. Sic & Scholiaſtes, θρασέως, εὐτόλμως, *impudenter, audacter*. Haec cum clara & facilia ſint, λαῖμος tamen *guttur* interpretatur Vir Cl. & invito Scholiaſte reponit λαβών. Credas hunc hominem in Poëtis verſatum eſſe. Quis ex illis *gutturem bacchari* dixit? quis *gutturem pecunias ſumere?* Belhae ſane figurae, & adoleſcentibus commendandae.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΩΝ pag. 40.

XLII.

(1) Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν οἰκέτας ἄλλως τε κὴ
Ὅταν ἀ πονηρῶς, ἀλλὰ μετ' εὐνοίας τινος
Παίσωσιν· αἰσχρὸν τοῦτο γὰρ πέλει πάνυ.
Non oportet te male habere ſervos cum alias, tum
Quum non ex nequitia, ſed ex benevolentia quadam
Deliquerint: turpiſſimum enim hoc eſt.

Grotio non accedo, qui apud Stobaeum pro τοὺς ἱκέτας *ſupplices* repoſuit οἰκέτας *ſervos:* illud enim Δ διισιδαίμονος titulo convenientius eſt: male idem verſu tertio pro ἐστὶ reposuit πέλει, quod Homericum eſt, nec in familiari ſermone locum habet. Verſum vero ſecundum ſuſque deque vertit, cum apud Stobaeum fuerit, Ὅταν μετ' εὐνοίας πρὸς ἃ πονηρᾶς: Nos integrum locum felicius, ni fallor, refingimus;

Οὐ δεῖ γὰρ ἀδικεῖν τοὺς ἱκέτας, ἄλλως τε κὴ
Ὅταν μετ' εὐνοίας πρός, ἃ πονηρεύσατο,
Παίσωσιν· αἰσχρὸν τοῦτο γὰρ ἐστιν πάνυ.

Ceterum miſeret me Viri Cl. qui neſciverit quid ſit ἄλλως τε καί. Vertit enim *Cum alias, tum:* ubi, praeter ignorantiam Linguae Graecae, etiam ſententiam corrupit: non enim *alias*, hoc eſt, ubi *nequitia peccant*, bene habendi ſunt ſervi. Vide hominis acumen. At ſi Lexica ſua conſulat, ex iis opinor diſcet ἄλλως τε & esse *praecipue, praeſertim.*

XLIII.

(2) Ἀγαθὸν γένοιτό μοι, &c.

In hoc loco ex Clemente & Theodoreto petito, male Grotius memoriae, opinor, vitio δ' κλαυσίᾳ poſuit pro δ' φλαύρῳ, *o ſtolide;*

lide, o nugator; quod & ſententiae aptius eſt, & apud utrumque ſcriptorem extat. Idem etiam perperam Καινὸν πρίαδα; cum uterque habeat καινὰς id eſt ἰμάδας. Non enim corrigia tantum unius ſoleae, ſed novum par ſolearum emendum erat. Haec animadvertiſſe melius fuerat in adnotatis ad locum, quam ex locis communibus ἀριπαλογεῖν.

ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΣ pag 42.

XLIV.

(1) Τί τοῦτο, παῖ; ἀλεκτρυονικῶς, νὴ Διά.

Apud Athenaeum verſus integer eſt,

Τί τοῦτο, παῖ; ἀλεκτρυονικῶς χαίρ, νὴ Διά.

At Vir Cl., qui ſenarios non ſyllabarum poteſtate, ſed numero metitur,

Τί τοῦ | το παῖ | ἀλε | κτρυο | νικῶς νὴ | Διά,

Paſtorem, credo, illum aemulari optavit, qui quondam in triviis ſolebat,

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ. pag. 46.

XLV.

(2) ——— Βυληφόρος ἡμετέραν, Δημέα,
Προκατέλαβες ὄρασιν.
——— conſiliariè noſtram, Demea,
Praeoccupaviſti viſionem.

Haec, quam dedit hic Vir Cl. ipſius Fulgentii, qui fragmentum hoc adducit, verſio eſt; unde Graecorum, ſi fieri poteſt, emendatio eſt petenda, lego igitur, particulis tantum additis,

——— βυληφόρως
Τὴν ἡμετέραν, ὦ Δημέα, προκατέλαβες
Ὄρασιν ———

Quae & Latinis Fulgentii exacte conveniunt, & Senariorum legi obtemperant, & ſententiam habent non incommodam. Vir quidem Cl. *quid vult Fulgentius, parum intelligit:* haec tamen *eum adferre* ait, *ad confirmandum quod dixit Homerus,*

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βυληφόρον ἄνδρα.

Falſum hoc: non enim unum locum alterius cauſsâ adfert; ſed utrumque ideo, ut oſtendat *conſiliarium* Graece βυληφόρον dici. Senſus autem loci hic videtur, *Prudentia tua anteveniſti viſum*

visum nostrum; Consilio tuo, o Demea, effugimus mala imminentia, priusquam viderimus. Ceterum haud aliter fecit Vir Cl. cum haec verba in versus digereret; quam si hunc nobis Hexametrum propinasset,

Tityre | tu tegmi | ne recu | bans sub | fagi pa | tulae.

Hujus absonum & absurdum sonitum si auribus percipere potest, intelliget demum, quam immani flagitio Menandrum tractaverit.

XLVI.

(3) Οὐ Μεγάβυζος ἦν, ὅστις γένοιτο ζάκορος.
Non erat Megabyzus, qui fieret aedituus.

Et,

XLVII.

——— ἐμοὶ
(4) Παρέστα, τὴν θύραν κόψας ἐγὼ καλῶ
Τιν' αὐτῶν.
Mihi adsta, pulsata janua ego voco aliquem illorum.

Neglexerat ad Suidam celeberrimus Kusterus fragmenta haec in versus digerere: quo duce destitutus Vir Cl. de ea re non judicio, sed quasi aleae jactu, decidere coactus est. Unde, ut par erat, ineptos illos Senarios nobis procudit. Tu sic eos constitue,

——— Οὐ Μεγάβυζος ἦν,
Ὅστις γένοιτο ζάκορος.
&, Ἐμοὶ παρέστω· τὴν θύραν κόψας ἐγὼ
Καλῶ τιν' αὐτῶν.

ΔΥΣΚΟΛΟΣ pag. 48.

XLVIII.

(1) Περὶ χρημάτων λαλεῖς ἀβεβαίων πράγματος·
Εἰ μὲν γὰρ οἶδα ταῦτα σοὶ μενοῦντά σοι
Εἰς πάντα τὸν χρόνον, φύλαττε μηδενὶ
Ἄλλῳ μεταδιδούς· αὐτὸς ὢν ὁ κύριος
Εἰ μηδ' ἑαυτῷ, τὸν τύχης δὲ πάντ' ἔχεις,
Τί ἂν φθονοίης, ὦ πάτερ, τούτων τινί; &c.
De divitiis loqueris, re parum firma:
Si enim tibi constat hasce remansuras tibi

In omne tempus, cave ne ullum
Alium participem earum facias: at ipse dominus
Si ne tui quidem sis, sed omnia habeas a fortuna.
Cur, pater, haec cuiquam invideas? &c.

Semel hic iterumque peccavit ὁ πάνυ Grotius; nihil mirum igitur, si & Vir Cl. post eum erraverit. Producam versus, prout emendandi & distinguendi sunt; deinde Grotianas conjecturas examinabo:

Εἰ μὲν γὰρ οἶδα πάντα παραμεμενηκότα σοι
Ἀπαιδ' τ' χρόνον, φύλαττε, μηδενὶ
Ἄλλῳ μεταδιδούς, αὐτὸς ἀν ᾖ κύριος.
Εἰ δ' ἔδιν αὐτῶν, ἡ τύχης ᾖ πάντ' ἔχεις.
Si enim noſti eas permanſuras tibi
Omni tempore, cuſtodi eas; nulli
Alii impertiens, ſed ipſe ſolus poſſeſſor.
Si autem nihil a te, ſed a fortuna omnia habes.

Apud Stobaeum eſt Πάντα τ' χρόνον, quod verſus gratia ſic interpolavit Grotius, Εἰς πάντα τ' χρόνον; atqui hoc neque elegans, neque ſatis Graecum eſt. Nos Ἀπαιδ' legimus: ſic enim caſu accuſativo abſolute ponunt, pro *omni tempore*, *perpetuo*. Verſus quartus in Stobaeo ſic legitur,

Εἰ δὲ μηδ' ἑαυτῷ, ἡ τύχης δὲ πάντ' ἔχεις:

Unde Grotius, ut verſui conſuleret, ejecit illud ᾖ: perperam omnino, cum in redditione ſententiae poſt εἰ μή, neceſſarium ſit, εἰ δέ. Quid quod ſententiam minime percepit, ut ex collatione cum noſtris manifeſtum erit. Unum vero errorem de ſuo adjecit Vir Cl. ubi vertit φύλαττε μηδενὶ μεταδιδούς. *Cave ne ullum participem facias.* Atqui hanc ſententiam Graeci ſic extuliſſent, φύλαττε vel φυλάττε μηδενὶ μεταδιδόναι; infinitivo, non participio.

XLIX.

(4) —— Ὡς θύουσι δ' οἱ τυμβωρύχοι &c.
—— Ut ſacrificant ſepulcrorum effoſſores.

Atqui apud Athenaeum exſtat, τειχωρύχοι, *parietum perfoſſores*. Grotius, ut mihi certiſſimum eſt, non conſilio, ſed memoriae lapſu τυμβωρύχοι poſuit: & fruſtra metuebat Vir Cl. qui non eſt auſus id tollere. Facetus vero imprimis eſt, cum in verſu tertio,

Καὶ τὸ παράλογον τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ,

Luxatum aliquid credit *eſſe*, *quod facile emendari nequeat.* Nonne dixi hunc hominem, ſyllabarum non poteſtatem, ſed

numerum duntaxat conſiderare? Tu vero, o bone, aliud cura; verſus ſaniſſimus eſt, neque *ingenio & otio opus eſt, ut poſſit emendari.* In verſu ultimo pro καζητίνευ repone,

Ἐπῄξατε, αὐτοὶ τἄλλα καζητίνευ' ἀεί.

L.

(5) Τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν προέρχομαι Φυλὴν
Ἰών.

Nymphaeum unde progredior Phylam iens.

Neſciebat artis Criticae conditor Φυλὴν priorem ſyllabam producere: vel ſciverit potius, ſi vis: cum vel id neſciret in loco Senarii ultimo Spondaeum non recipi. Haec ſic erant conſtituenda,

——————τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν
Προέρχομαι Φυλήνδ' ἰών.——————

Ἰὼν Φυλήνδε: *Phylam* proficiſcens.

LI.

(9) Νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν.
Credite eſſe hunc locum Phylam.

Haec ex Ariſtophanis Scholiaſte profert Vir Cl. creditque verba Menandri eſſe: in quo ejus eximiam ſagacitatem videre eſt. Scholiaſtes ſic narrat. Φυλὴ δῆμος Ἀττικός· ὁ Μένανδρος Δυσκόλῳ νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν. Ubi pro νομίζετ' mutatione minima repone νομίζει, & verte: *Phyle, nomen Populi Attici: Menander autem in Dyſcolo putat Phylam eſſe locum.* Reſpicit autem Scholiaſtes ad illum ipſum verſum, qui numero hic 5 ab Harpocratione citatus eſt. Emendationem hanc firmat ipſe Harpocration, cujus ibi verba ſunt, Μένανδρος ἐν Δυσκόλῳ, ὁ Ἀττικὸς νομίζει εἶναι τόπον τὸν Φυλήν. Confirmat etiam Suidas, Φυλὴ δῆμος τῆς Οἰνηΐδος· ὁ δὲ Μένανδρος τόπον εἶναι νομίζει Φυλήν. Atque hoc tam expoſitum & ἀπαράλειπτον & in ſenſus incurrens non potuit ſubodorari, qui ſe ſolum exiſtimat habere naſum.

ΕΑΥΤΟΝΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΣ. pag. 54.

LII.

(3) Μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδάλας ἐγὼ
Παρέθηκα, κ' τῶν ῥοϊδίων ἐτρώγομεν.
Poſt prandium enim cum amygdalas
Ego adpoſui, & mala punica adroſimus.

Grotius,

Grotius, cujus annotationem hic praeterit Vir Cl. pro illis Athenaei μετ' ἄεισιν δ' reposuisse se memorat, Μεθ' ἡδ' ἄεισιν. Hoc cur a Grotio factum sit, ne divinare quidem potuit Vir Cl. Ideoque omisit. Atqui ob versum, o Aristarche, id fecerat Grotius; probe enim noverat duo illa vocabula bis contra Iamborum leges peccare. Idem tamen nesciebat τὸ ἄεισιν primam syllabam producere; dumque unum errorem corrigit, in alium ipse incidit. Bene se habebant versiculi, si tollas illud ἐγὼ, & sic digeras:

——— μετ' ἄεισιν γὰρ ὡς ἀμυγδάλας
Παρέθηκα, κἀ τὸ ῥοϊδίων ἐπῴχόμην.

LIII.

(4) Ἐξ ἱσταείης ἐκρέμαλο Φιλοπόνως πάνυ.
E tela studiosissime pendebat.

Ex Victorio hoc promsit Vir Cl. sed pro more, ubi versui consulere vult, insciens eum corrumpit. Longe enim numerosius ibi exstat,

Ἐξ ἱστορίης δ' ἐκρέμαλο Φιλοπόνως πάνυ.

Senarium quippe Comicum etiam in secundo loco Anapaestum adsciscere, vel primus ille Aristophanis versiculus exemplo est;

Ὡς ἀρχαῖον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί.

LIV.

(6) ——— καλὸν
Οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσιν, ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης μοι φαίνεται.
——— pulchra res
Admodum leges sunt; sed respiciens leges
Nimis accurate, calumniator mihi videtur.

Vide hominis temeritatem; qui quae recte ferebantur & apud Grotium & apud Stobaeum, incrustare pro sua peritia voluit, & mangonio corrumpere. Sic illi optime:

Καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσιν· ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται.

Hos versus dum correctione egere credit Vir Cl. utrumque labefactavit.

ΕΛΕΓΧΟΣ. pag. 58.

LV.

(1) —— Ελεγχος γὰρ θεὸς
Τῇ παῤῥησίᾳ τῇ τ' ἀληθείᾳ φίλος.
—— Argumentum enim Deus
Libertati loquendi & veritati amicus.

Haec ex Luciani Pſeudologiſta concinnavit Vir Cl. ea qua caetera omnia felicitate: nam elumbem verſum protulit, uno pede deformiter claudicantem. Narro autem tibi, o bone, non verba Menandri haec eſſe, ſed Luciani: neque Ἔλεγχος fabulae nomen eſſe; ſed Prologum ſive argumentum neſcio cujus fabulae ab Elencho ſub Dei perſona narratum fuiſſe. Ita Plautus Arcturum Deum inducit, *argumentum dramatis eloquentem:* neque ideo Arcturum id inſcripſit, ſed Rudentem. Ubi ergo acumen tuum, qui ex perſona prologi integram Fabulam effeciſti? Huc tantum pertinent loca a te hic citata, Theonis, Aphthonii, & Luciani: cujus ſi integrum Pſeudologiſtam perlegeris, me quod res eſt dicere ſero nimis deprehendes.

ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΗ. pag. 60.

LVI.

(2) —— τρία γάρ ἐστι, δέσποτα,
Δι' ὧν ἅπαντα γίνεται· ἢ κατὰ νόμους,
Ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τρίτον γ' ἔθει τινί.
—— Tria enim ſunt, here,
Per quae omnia fiunt, aut ſecundum leges,
Aut neceſſitate, aut tertio conſuetudine quadam.

In verſu tertio Grotius γ' addidit, ut metrum fulciret. Sed, opinor, verius & numeroſius ſic repones;

—— τρία γάρ ἐστι, δέσποτα,
Δι' ὧν ἅπαντα γίνεται, ἢ κατὰ τοὺς νόμους,
Ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τὸ τρίτον ἔθει τινί.

LVII.

(4) Εἶθ' ὁ τρίτος, εἶθ' ὁ τέταρτος, εἶθ' ὁ μετὰ ταῦτα.
Tum tertius, exin quartus, poſt ſequens.

Hunc

Hunc cum aliis ex Athenaeo laudat Vir Cl. & in Notis, *Hic quidem*, ait, *non eſt finis Senarii, & aliquot ſyllabae abundant: ſed quis emendare ſine libris poſſit?* Neſcio, indigner magis, an miſerear: cum hinc temeritatem hominis ſpectem, illinc inſcitiam. Ain' tu aliquot ſyllabas abundare? nempe numero eas, ut ſoles, penſitabas: atqui ſcito Senarium hunc optime ſe habere; cui ſi unam ſyllabam demſeris, lumbifragio eum mactabis.

LVIII.

(5) ——— καὶ νῦν ὑπὲρ
Τούτων συνάγουσι χ' ἱ μόνας.
——— & nunc propter
Hos convivantur privatim.

In Athenaeo integer Senarius eſt;

Καὶ νῦν ὑπὲρ τούτων συνάγουσι χωρὶς μόνας.

Nimirum & hic propter numerum brevium ſyllabarum *aliquid abundare* exiſtimavit, ideoque in duo membra diviſit Flos Criticorum.

ΕΠΙΚΛΗΡΟΣ. pag. 64.

LIX.

(1) ——— Η δεῖ ζῆν μόνον,
Η πατέρα παίδων ἀποφαίνειν γεγενημένων,
Οὕτω τὸ μὴ ταῦτ' ἐπὶ τῷ βίῳ πικρόν.
——— Aut vivere oportet ſolum,
Aut mori patrem genitorum liberorum,
Uſque adeo amarum eſt quicquid poſtea eſt vitae.

Ita Graeca Menandri Latine vertit Vir Cl. & deinde adnotat ad verſum ultimum, *Videtur neſcio quid hic eſſe corruptum: niſi forte hoc velit Menander, Poſtquam decreveris caelibem vitam agere, aut duxeris uxorem, quicquid eſt aevi reliquum id amarum eſſe; unde colligeret quiſpiam infelicem eſſe gentem humanam, quodcumque vitae iter elegiſſet.* Haec & per ſe inepta ſunt, & ex male acceptis Menandri verbis nata. Quippe παίδων γεγενημένων abſolute ponuntur; *Aut caelibem vivere oportet, aut patrem mori liberis naſcentibus:* μὴ ταῦτα igitur in verſu tertio eſt, *poſt liberos natos.* Videtne jam Vir Cl. *nihil hic corruptum eſſe?* ſed ſe pro ſua ſagacitate verba ſana corrupiſſe, qui fabulas male vertendo, ex

Graecis bonis Latinas fecit non bonas?

ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ. pag. 66.

LX.

(1) ——— οὐκ οἰμώξεῖ,
Καταφθαρεὶς ἐν μαμμυλλείῳ τὸν βίον;
Non flebit, corrupta vita in lupanari?

In quarto loco ſpondaeum inſerſit Vir Cl. Immo, cum apud Harpocrationem & Photium legerat μαμμυλλείῳ cum ſimplice λ, quae vera lectio eſt, ille mirificus artifex ne hilum credidit intereſſe hoc an illud in verſu poneretur.

LXI.

(3) Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τῷ πυρέττοντι πολὺ
Ἀθλιώτερος, διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.
Otioſus valens febricitante multo
Miſerior eſt: duplo enim plus comedit fruſtra.

Ain' vero, Pigrum hominem *miſeriorem* eſſe, cum valet, quam cum febricitat? Quo argumento hoc obtinebis? non utique eo, quia *duplo plus comedit*. Tanto enim *felicior*, opinione hominum; modo paratum ſit, quod comedat. Ego vero ſic a Menandro profectum eſſe contendo, (repugnante licet Simocatto, qui in Epiſt. ἀθλιώτερος quoque legit)

Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων τῷ πυρέττοντι πολὺ
Ἀχρειότερος· διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.
Piger benevalens febricitante multo eſt
Pejor: quippe qui inutiliter duplum devorat.

Dictum hoc eſt ab hero quodam de ſervo pigro & inerte: qui damnoſior eſt domino valens, quam febriens. Ita plane vertit Auſonius, ut tibi poſt Vinetum eſt adnotatum, Epigr. cx.

Sanus piger febriente multo eſt nequior,
Potat duplum, dapeſque duplices devorat.

Ἀχρειότερος, *inutilior, pejor, deterior, nequior.*

LXII.

(4) Ἐλευθέρῳ γὰρ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ
Αἰσχιόν ἐστι· τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.
Libero enim irrideri multo
Turpius eſt: dolere vero humanum eſt.

Illud γὰρ, ait Grotius, *ob verſum addidimus*. At alibi mentem habuit Vir Summus, cum hoc adnotaret. Verſus enim iſte Gorallo dignior eſt, quam Grotio; cum pro longa ſyllaba brevem in tertio loco vel quarto habeat. Sine dubio ſic ſcripſit Menander.

Ελευθέρῳ τὸ παιδαγωγὸν παραπλή.

ΕΤΑΙΡΑΙ. pag. 68.

LXIII.

(2) ——— ἕκαστος
Κύψας εἰς αὐτὸν τ' τραγημάτων ἔφλα.
——— quiſque
Inclinato in ſe capite bellaria comedebat.

O hominem eruditis auribus; qui Senarium claudi poſſe credidit vocabulo ἕκαστος: mirum, ni verba, non quantitate ſyllabarum, ſed accentuum ratione metitur. Ἕκαστος illud Plutarchus ſibi habeat: verſus Menandri ſic reponendus,

Κύψας ἐς αὐτὸν τ' τραγημάτων ἔφλα.

Es, inquam, o Criticorum Ocelle, non εἰς, quod verſum trucidat.

ΕΦΕΣΙΟΣ. pag. 72.

LXIV.

(1) ——— ἐπ' ἀρίστῳ μὲν λαβὼν
Ὀψάριον,
In prandium cum ſumſiſſem aliquantulum Opſonii.

Apud Athenaeum extat, ἐπ' ἀρίστῳ λαβών. Rectiſſime, nam ἄριστον, cum *prandium* notat, primam producit; cum *optimum*, corripit. Sed Vir Cl. verſui metuens, clam illud μ interpoſuit, vel Samuele illo Petito infelicior & inhabilior. Sic & in fragmento ſequente.

LXV.

(2) Ἰχθυοπωλῶν ἀρτίως τις τετράων,
Ichthyopolarum aliquis nuper quatuor.

Cum apud Athenaeum bis legerat τ' ἰχθυοπωλῶν, ille digitis ſcanſionem tentans,

Ἰχθυ | οπω | λῶν ἀρ' | τίως | τις τετ- | τράων,

Abun-

Abundare illud ἔ putavit, & misero Senario caput detruncavit. Odi nimium diligentes.

LXVI.

(4) —— Παρέσομαι γὰρ ἔνδυο,

Suspectum est Viro Cl. quia vocis ἔνδυο *formatio & Etymologia nullae occurrant, nec ipsa alibi inveniatur,* sed nolim ut ex sua peritia alios omnes metiatur. Scribendum enim est ἐνδύο, vel ἐν δύο: hoc est, *adero celeriter, confestim,* dum aliquis *unum duo* numerare possit. Recte igitur Suidas πυκίως *celeriter* interpretatus est.

LXVII.

(5) Ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς.
Ego quidem jam mihi videor, per deos.

Hoc quidem non, ut priora illa, Viri Cl. facinus est: sed & Harpocrationis editiones eadem labes prius infecerat. At si vel elementa rei Metricae didicerat, continuo emendaverat, aut Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ, aut Ἐγὼ μὲν οὖν ἤδη δοκῶ.

ΗΝΙΟΧΟΣ. pag. 72.

LXVIII.

(1) —— ὧν ὃ μὲν τρόπος αἴτιος,
Τὰ τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τ' εὐγενῆ.

Ita, inquit Grotius, *haec restituimus suis versibus: antea legebatur,* Ὧν ὃ μὲν αὐτῶ τρόπος, τὰ γ' ἐκ τύχης φέρειν δεῖ &c. Atqui pace viri maximi, & elegantius & ex serie vulgatae scripturae sic ad Trochaicos redigi debent.

—— ὧν ὃ μ' αἴτιῶ τρόπῳ,
Τά γ' ἐκ τύχης φέρειν δεῖ γνησίως τ' εὐγενῆ.

Μὴ ante vocalem longam saepissime aut eliditur, aut cum ea coalescit.

ΗΡΩΣ. pag. 76.

LXIX.

(1) Δέσποιν', ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον.
Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν γ' ὑμεναίῳ θεῶν
Ζεὺς, ἀλλ' ἅπαντ' ἀναλαθεὶς ποιεῖ.

Hera, amore nihil eſt potentius:
Ne ipſe quidem, qui caelo deorum eſt dominus,
Jupiter, ſed ab eo coactus omnia facit.

Non viderat Grotius ὁ θυμιάσιος in verſu ſecundo & numeroſius & elegantius legendum eſſe;

Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν τ' ἐν ἠέρᾳ θεῶν.

Τῶν illud abſorptum erat a voce priore. Οἱ ἐν ἠέρᾳ θεοί dicunt Graeci, non ἐν ἠέρᾳ θεοί. Nihil hac emendatione certius.

LXX.

(2) Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέσταλον,
Τὸ δ' ἐλεύθερον δεῖ παντάχῃ φρονεῖν μέγα.
Oportet enim eſſe quod honeſtum eſt nobiliſſimum,
Et quod liberum eſt par eſſet magna ſentire.

Grotius ad locum, *Emendationem hanc noſtram* τὸ καλὸν *pro* τ' καλὸν *firmat, MS. A. Quare & in ſequenti pro* τ' ἐλεύθερον ϗ δεῖ *poſuimus* τὸ δ' ἐλεύθερον δεῖ, *ſimul verſui conſulentes.* Atqui priorem emendationem clare exhibent editio princeps Veneta & prima Geſneri. In poſteriore autem, illud δεῖ & ſupervacue ingeritur poſt ἐχρῆν, & prave ob tempus immutatum. Repone igitur certiſſime,

Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενίστατον,
Τἐλεύθερον ϗ παντάχῃ φρονεῖν μέγα.

LXXI.

(4) Χοῦν κεκραμένου οἴνου λαβὼν ἔκπιθι
Τοῦτον.
Sumto congio vini temperati aqua ebibe hoc.

Quouſque tandem, Vir Cl. occides nos, cum bellis tuis Senariis? quorum numeros ſic digitis metitus es,

Χοῦν κε | κερα | νου οἴ | νου λα | βὼν ἔκ | πιθι.

Satisfactum nobis exiſtimas, ſi cuique pedi duas ſyllabas impendis? atqui ſcito ex omnibus ſex vix unum quidem eſſe, cui crura non fregeris. At in ſecunda hujus libri editione ſic reponeſ, ſi me audis,

——— Χοῦν κεκραμένου
Οἴνου λαβὼν ἔκπιθι τοῦτον. ———

ΘΑΙΣ. pag. 78.

LXXII.

(1) Μηδένὸς ὁρῶσαν, ψευσοποιεμένην δ' ἀεί.
Neminem intuentem, & ſemper fingentem.

Spectate hic Viri Cl. ſolertiam & ſagacitatem. Ὁρῶσαν quidem Typothetae errore in Grotii Excerptis habetur; cum auctor vellet ἐρῶσαν *amantem*, ut in omnibus Plutarchi editionibus fertur. Id verum eſſe vel verſio Viri magni ſatis evincit,

Et *neminem* amantem, *ſemper ſimulantem tamen.*

Noſter tamen, errore typographico irretitus, & nihil quicquam ſentiens, ἐρῶσαν illud arripuit, *intuentem* Latine reddidit, & hanc bellam notulam addidit: Ὁρῶσαν, *hoc eſt, rationem habentem neminis, ſed fingentem tantum: ſic verbum* ἐρᾶν *ſumitur ſupra in Heautontimor. v.* 10. Quid quaeris? an ἐρᾶν cum genitivo jungitur, aeque ac ἐρᾶν? annon Graece dicimus ἐρᾶν μηδενὸς, ἐρᾶν vero μηδενός? Jam autem, quantum ad ſententiam, meretrices tu fingis procaces, neminem tamen *intuentes?* quae id unum agunt, ut argutis & loquacibus oculis adoleſcentes captent & in amorem illaqueent? ubi elementa Grammaticae? ubi ſenſus vitae communis?

ΘΕΟΦΟΡΟΥΜΕΝΗ pag. 80.

LXXIII.

(4) Καὶ ταχὺ πάλιν τὸ πρῶτον ψελισθεῖ
Ποτήριον αὐτοῖς ἀκρᾶτου.
Et celeriter iterum primum circumagit.
Poculum illis meri.

Phu! Senarius putidus: ex ſex pedibus quatuor podagroſi ſunt; & deformiter claudicant. Si vis eos recto talo incedere, ſic digere,

——— Καὶ ταχὺ
Πάλιν τὸ πρῶτον ψελισθεῖ ποτήριον
Αὐτοῖς ἀκρᾶτου.

ΘΕΤΤΑΛΗ. pag. 82.

LXXIV.

(2) Εὐθυμία γὰρ βίοτον τῶν δούλων τρέφει.
Bonus animus vitam ſervorum ſuſtentat.

Hoc

Hoc Grotius concinnavit ex vulgato illo corrupto, Εὐθυμία βίε τ' ἄλλων πέφυκ. Sine dubio ſpe excidit Vir Magnus, qui in quarto loco Spondeum poſuit: quid tamen reponendum ſit, nequeo certo divinare. Sed ecce dum haec ſcribo, in mentem ſubit aut vera emendatio, aut ſaltem ſimillima,

Εὐθυμία τοι, Τίβιε, τ' ἄλλον πέφυκ.
Bonus animus, o Tibie, ſervum ſuſtentat.

Tibium perſonam ſervi eſſe apud Menandrum, eruditis notum eſt, ex Theophraſto, Luciano &c.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ. pag. 84.

LXXV.

(1) Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀνδρολᾶς ποιούμενοι
Οὗτοι προσαπόλλυσι τῷ χρόνῳ τόκους.
Qui vero *amare* differunt in ſenectutem,
Hi ſolvunt temporis uſuras.

Grotius, cujus notam hic, ut ſaepe, contra fidem datam ſupprimit Vir Cl. *Ita*, inquit, *MS. A.* ὃ χρόνῳ τόκους: *vulgo male* ὠρίους τόκους. Atqui ſuſpecta mihi plane eſt Manuſcripti illius lectio: unde enim illud ὠρίους? an Librarius hoc fingere potuit voluitve ex illo ὃ χρόνῳ? Sine dubio ſub ὠρίους vera ſcriptura latitat, & illud apertum ὃ χρόνῳ ex interpolatore eſt. Vide, an nos quoque habeamus quicquam Ariſtarcheae μαντικῆς: ſic enim locum legimus,

Οὗτοι προσαπόλυσ' ὠρίας τόκους.
Uſuras temporis intempeſtivi & ſeri. Quanto hoc expreſſius, quam ὃ χρόνῳ?

LXXVI.

(3) Ὅταν ἐρωτ᾽ τόλμαν ἀφέλῃς, οἴχετ᾽
Εἰς τὰς Ἰαλέμους ἢ τοῦτον ἔγραφε.
Amori poſtquam audaciam abſtuleris, perit:
Tum hunc frigentium numero adſcribe.

Grotius, cujus adnotationem iterum invidit nobis Vir Cl. Ἔρωτος, ait, *repoſui: argutius enim hoc mihi viſum quam quod vulgo* ἐρῶντ᾽; *& in poſteriore* ἢ *ſeripſi pro* γέ. Quod ad hoc attinet, in primariis editionibus τὰ habetur, non γέ: illud vero ἐρῶντ᾽ longe meo judicio eſt praeferendum. Sine audacia enim non perit *amor*, ſed *amans*: amor enim ſine audacia medullas lente exedit; & eo diutius ardet, quo magis ſub cinere tegitur.

Amans

Amans vero ſine audacia nihil proficit, neque umquam amato potitur. Lege ergo cum vulgatis,

Ὅταν δ' ἐρῶντ' ἄνδρα θρασὺν ἀφίλης, οἶχ'
Εἰς τὰς Ἰαλέμους π πυτὸν ἐγγεγραφι.

Nam illud δ', quod & in Stobaeo & Grotio extat, Vir Cl. ut ſupervacuum furtim expulit; & more ſuo ſolenni verſum interemit.

ΘΡΑΣΥΛΕΩΝ. pag. 86.

LXXVII.

(4) ——— Φιλοσοφεῖ δὲ
Τοῦτο, ὅπως καταπεράξῃ τὸν γάμον.
——— philoſophatur vero
Hoc, ut conficiat nuptias.

Iratis Muſis natus es, Vir Cl. qui aut illud pro colo Senatii, aut hoc pro integro nobis propinas. Utrumque pravum eſt, & furca ejiciendum. Legas vero poſtea, me fidejuſſore,

——— φιλοσοφεῖ ϑ τοῦτ', ὅπως
Καταπεράξειεν τὸν γάμον.

Καταπεράξῃ, inquam, legas verſu juhente, non καταπεράξῃ; & ſcias ὅπως, *ut, quo modo*, ſaepe etiam indicativis jungi.

ΘΡΑΣΩΝΙΔΟΥ ΜΙΣΟΣ. pag. 88.

LXXVIII.

Odium Thraſonidis.

Hunc Fabulae titulum extundit Vir Cl. ex verbis Libanii, cujus locum hic dabimus ex verſione ejus Latina. *Noſti ex Comoedia, tumidum, faſtuoſum, & multa arrogantia plenum quiddam eſſe Militem. Si cui veſtrûm Menandri Thraſonides animo obverſatur, novit quid dicam. Militari enim inſultitate laborantem hominem ſibi contraxiſſe ait odium amicae: unde merito factum nomen dramati Thraſonidis odium:* Καὶ γέγραπται ἀμιλλᾷ σοφιστείᾳ τῷ δράματι Θρασωνίδου Μῖσος. Expende jam mecum haec verba, Vir Clariſſime: Μῖσος *odium* Thraſonidis nomen Fabulae indidiſſe dicit. Reſpexit ergo ad notiſſimam Menandri Fabulam ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΝ *Odioſum*; in qua miles ille Thraſonides πρωταγωνιστὴς erat & primas partes agebat. Tardus igitur hic eras, qui hoc non cruiſti; & falſus omnino, qui Θρασωνίδου μῖσος pro titulo ſubdidiſti.

IEPEIA. pag. 88.

LXXIX.

(1) Αλλ' ἔστι τόλμης καὶ βίᾳ ταῦτ' ὄργανα, &c.
Sed ſunt haec audaciae & victus *quaerendi* gratia excogitata.

Ex Juſtino hoc dedit Grotius, neque emendavit. Illud tamen βίᾳ male huc quadrare mihi videtur; praeſertim cum verſu abhinc ſecundo iterum inculcetur,

Εἰς κοβυλλωΘ πρὸ βίᾳ πανουργία.

Melius, opinor, ſic legeris,

Αλλ' ἔστι τόλμης καὶ βίας ταῦτ' ὄργανα.

Audaciae & violentiae. Optime tamen ad ſententiam ſic dixiſſet, Τόλμης καὶ δόλω, vel τόλμης καὶ πάτης, *Audaciae & frandis.*

LXXX.

(2) Τὸν τ' γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
Δι' αὐθάδειαν· πέρας γὰρ αὔλιος θύρα
Ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμισ' οἰκίας.
Nuptae fines tranſgrederis, o mulier,
Prae audacia: finis enim eſt veſtibuli janua
Liberae mulieri domûs praeſtitutus.

Grotius, cujus hic quoque notam deſideramus, *Ita*, inquit, *emendavit Salmaſius* δι' αὐθαδίαν, *cum apud Stobaeum eſſet*, Διὰ τὴν αὐλὰν, *& in MS. A.* Δι' τὴν αὐλὰν λίαν. Sine dubio & ſenſum & verbum ipſum acute reperit magnus Salmaſius: ſed & ille & Grotius peccant, cum ſenario ſe conſuluiſſe exiſtimant. Tu lege eodem ſenſu,

Αὐθαδίᾳ· πέρας γὰρ αὔλειος θύρα.

Quippe αὐθαδία ſecundam ſyllabam producit; contra ac illi opinati ſunt. Cur autem Vir Cl. cum Grotius dederit αὐθαδίαν, ſuppoſuit clanculum αὐθάδειαν? in quo & a recepta lectione & a metro magis receſſit. Illa vero Δι' τὴν ab interpolatoribus profecta ſunt.

IMBPIOI. pag. 90.

LXXXI.

(1) Αρχων, φρατηγὸς, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
Σύμβουλος· ὁ Δι' ἀφέσεων λογισμῷ πάντ' ἔχει.

Archon,

Archon, imperator, rector populi, praeterea
Conſiliarius: excellens ratiocinatione omnia habet.

Ita verſum poſteriorem & Stobaeus praefert, & admittit Grotius: duriſſime tamen incedit Senarius, cum in loco ſecundo proceleuſmaticum habeat, ⏑ – ⏑ – | λος ὁ ἀλφ | Praeterea & ſententia decreſcit; majus enim quiddam eſt ἄρχων, aut στρατηγὸς, aut ἡγεμὼν, quam σύμβουλος. Ut utrique medicinam adhibeas, tam verſui, quam ſententiae; ſic repone,

Ἄρχων, στρατηγὸς, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
Βουλῆς· ὁ ἀλφίστων λογισμὸς πάντ' ἔχει.

Ἡγεμὼν δήμου, & ἡγεμὼν βουλῆς, *Rector populi & etiam rector ſenatus.*

ΙΠΠΟΚΟΜΟΣ. pag. 92.

LXXXII.

(1) Μόνιμος ἄνθρωπος ἦν τις, ὦ Φίλων, σοφὸς, &c.
Erat quidam vir nomine Monimus, o Philo, ſapiens. &c.

Hoc ex Diogene Laërtio petitum longis adnotationibus conſtipat Vir Cl. Et ſane vix unus verſiculus eſt, qui non ab aliquo editore injuriam accepit. Nos locum integrum, prout a Menandro credimus profectum eſſe, lectori repraeſentabimus,

Μόνιμός τις ἦν, ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφὸς,
Ἀδιάφορος, μίαν δ' πήραν οὐκ ἔχων,
Πήρας μὲν οὖν τρεῖς· ἀλλ' ἐκεῖνος ῥῆμά τι
Ἐφθέγξατ' οὐδὲν ἡμφιεσμένοις, μὰ τὸν Δία,
Τῷ Γνῶθι σαυτὸν, οὐδὲ τοῖς βουμάσεσι
Τύπτεις· ὑπεῖδε παῦδ' ὁ σφοδρὸς τῶν κ' ῥυπῶν.
Τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη.
Monimus quidam erat vir, o Philo, ſapiens,
Ignobilior; unam quidem peram non habens,
Tres ſiquidem habuit. Sed ille effatum
Nullum mehercle dicebat, ſimile illi
Cognoſce Teipſum, *neque decantatis illis dictis.*
Contemſit iſta mendicus ille & ſordidus,
Omne enim opinatum dicebat faſtum eſſe.

Hanc equidem ex diverſis & plane contrariis veram lectionem exiſtimo: in qua verba ſingula ex codice Florentino apud Menagium confirmantur; niſi quod in verſu ſexto pro ὑπὸ δ magni Scaligeri conjecturam ὑπεῖδε adſcivi: idque recte, ut ipſa ſententia flagitat. Ceterum in hoc fragmento concinnan-

do ſaepe excidit Grotius; maxime vero omnium Meibomius ille, qui in poſtrema Laërtii editione loca plurima ſceleratis unguibus contaminavit. En quibus homuncionibus clarorum Scriptorum editiones hodie committuntur!

ΚΑΠΗΛΗ. p. 96.

LXXXIII.

(1) Περὶ τ τράχηλον ἁλύσιόν τι σοι δόσω.
Circa collum catenulam quandam tibi dabo.

In poſterioribus editionibus Suidae, atque adeo in praeclara illa celeberrimi Kuſteri δίσω legitur: unde ob verſum Kuſterus ſic in notis legendum eſſe monuit,

Περὶ τ τράχηλον ἁλύσιον δίσω τί σοι.

Hic aliquid latere ſuſpicatus Vir Cl. aliam viam inſtituit; & ordinem quidem verborum ſervavit, δίσω autem in δόσω mutavit. Utinam vero Clenardus, aut Caninius, aut Grammaticorum quiſpiam ad manum ei fuiſſet. Quid enim eſt δίσω? ubi lectum, ubi auditum? piget me profecto miſeretque. Sed omnem difficultatem tollet editio princeps Mediolanenſis, qui non δίσω exhibet, ſed δόσω. Lege ergo,

Περὶ τ τράχυλον ἁλύσιόν τις σοι δόσω.
Circa collum catenulam aliquis tibi circumdet.

ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΣ. pag. 96.

LXXXIV.

(2) —— Ἐπιθυμήσας τῷ βορέᾳ ἥδιον
Ὀψάριον, οὐδὲν λαβὼν ἑψήσω φακῆν.
—— cum cuperem, borea *flante*, ſuavius
Opſonium, nihil nactus, elixabo lentem.

If. Caſaubonus, ait Vir Cl. *emendabat* Ἐπὶ ᾧ θύσας τῷ βορέᾳ. *Sed in tam brevi fragmento ſenſus non ſatis liquet, nec facile quidquam mutem. Idem tamen recte pro* ἴδιον *ſcripſit* ἥδιον, *quod ſequuti ſumus.* At tamen religioſus hic, qui *nihil facile mutet*, tria verba immutavit, lectore decepto: Athenaeus enim habet, οὐδὲν ἴλαβον, ἑψήσω. Recte quidem obſervavit ὁ πάνυ Caſaubonus Boream a piſcatoribus impenſius coli ſolitum; ſed idem cum θύσας *hoſtiâ ſacrificans* emendavit, oblitus eſt id non fuiſſe pauperculi piſcatoris. Quare vide, an nos aptius corrigamus,

Ἐπιθυμήσας τῷ βορέᾳ λιβανίδιον,
Ὀψάριον οὐδὲν ἴλαβον, ἑψήσων φακῆν.

Cum

Cum Boreae turis quiddam adoleviſſem,
Piſciculum nullum cepi, lentem coctурus.

Suffimentum ex ture ventis erat aptiſſimum: ſic Orpheus Hymnis, Βορέᾳ θυμίαμα, λίβανον, *Aquilonis ſuffimen, tus.* Ita & Νότῳ, & Ζεφύρῳ ibidem.

ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΣ. pag. 98.

LXXXV.

(3) Ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς ἐν τῇ τῶν πέτταων παιδιᾷ.
A ſacra linea in calculorum ludo.

Miſeret me Viri Cl. ſi aut haec verba Menandri eſſe, aut Senarium efficere, putat. Proverbium erat κίνει τὸ ἀφ' ἱερᾶς, de quo Suidas, Pollux, aliique. Hoc proverbium uſurpaſſe Menandrum in Catapſeudomeno, Suidas memorat in τὸν ἀφ' ἱερᾶς. Caetera ipſius Suidae ſunt, non Menandri.

ΚΕΚΡΥΦΑΛΟΣ pag. 100.

LXXXVI.

(2) ——— πρὸς θεῶν
Τοῖς γυναικονόμοις ἢ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις. &c.
——— apud
Praefectos mulieribus, qui in nuptiis.

Huic loco ex Athenaeo citato bellam hanc notulam adjecit Vir Cl. *Ut ſequens,* inquit, *verſus conſtaret, hanc vocem* παρὰ *quaſi ultimum pedem praecedentis Senarii ſejunximus.* Atqui, mi homo, in ipſo primo pede ſecundus ille tuus verſus ceſpitat, & in altero ruit. Nonne melius erat te fidem habere Grotio, qui recte ediderat verſu unico,

Παρὰ τοῖς γυναικονόμοις ἢ τοὺς ἐν τοῖς γάμοις?

Nunc cum ſupra tantum virum videri velles ſapere, quaſi ſorex tuo indicio te prodidiſti.

ΚΙΘΑΡΙΣΤΗΣ. pag. 102.

LXXXVII.

(2) Εἰ τὸν ἀδικηθέντας, πάτερ, φευξόμεθα.
Si injuria affectos, pater, fugiamus.

Sic edidit Vir Cl. cum & apud Stobaeum & Grotium recte eſſet φευξόμεθα. Neſciebat ſcilicet φεύγω in futuro dare φευξοῦμαι

ξοῦμαι aeque ac φείξομαι. At vel ipſe verſus, quem nunc miſere perdidiſti, te hujus rei admoniſſet; ſi ejus gemitum aures tuae poſſent intelligere.

LXXXVIII.

(7) Ἀκούσμαι' εἰς τρυφήν τε παιδεύεθ' ἅμα.
Et delicatas cantiones ſimul diſcere.

Grotius memoriae lapſu ἅμα repoſuit: Athenaeus habet ἀεί: quod a Viro Cl. revocandum erat.

ΚΟΛΑΞ. pag. 106.

LXXXIX.

(3) —— Α. Κοτύλας χωρῶν δέκα
Ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσῦν, Στρυθία,
Τρὶς ἔπιον μεστόν γ'. Β. Ἀλεξάνδρῳ γὼ πλέον
Πέπωκας τοῦ βασιλέως, οὐκ ἔλαττον ——
Α. Οὐ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν μέγα γε. ——
—— Α. cotylas continens decem
In Cappadocia condy aureum, Struthia,
Ter ebibi plenum. Β. Plus enim Alexandro
Rege bibiſti, non minus. ——
Α. Non magnum hoc per Minervam. ——

In tertio verſu, ait Vir Clariſſimus, *addidi* γὼ *propter metrum. Sequentia ita hiulca ſunt, ut emendari nequeant.* Atqui ſi propter metrum illud γὼ addidiſti, ſcito te & metrum una & ſententiam tanto magis corrupiſſe. Cetera autem, quae negas *emendari poſſe*, vide ut nullo negotio certiſſime corrigantur. Lege ergo totum locum, & perſonas quoque ſic diſpone.

—— Α. Κοτύλας χωρῶν δέκα
Ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσῦν, Στρυθία,
Τρὶς ἔπιον μεστόν γ'. Στ. Ἀλεξάνδρῳ πλέον
Τοῦ βασιλέως πέπωκας. Α. Οὐκ ἔλαττον, ὦ
Μὰ τὴν Ἀθηνᾶν. Στ. Μέγα γε. ——

Intellige jam, ſi potes, quam numeroſe verſus decurrant, quamque apte perſonae illae confabulentur. Tanti erat rem Metricam in adoleſcentia didiciſſe.

XC. (5)

XC.

(5) Χρυσίδα, Κορώνιν, Αντίκυραν, Ἰχάδα
Καὶ Νάννιον ἔσχηκας ὠραίαν σφόδρα.

Aut legendum eſt,

Καὶ Νάννιον γ' ἔσχηκας ———

aut, Καὶ Νάννιον ἐσχήκασιν ὡραίαν σφόδρα.

In verſu priore Αντίκυραν ſyllabam tertiam producit; ſic enim interdum Graeci; & fere Αντίκυρραν ſcribebant: etſi Latini tertia correpta *Anticyram.*

ΛΕΥΚΑΔΙΑ. pag. 110.

XCI.

(1) ——— Τὸν ὑπέρκομπον, &c.
——— ſuperbiſſimum, &c.

Haec ex Strabone petita ſunt, ſed mutila: & miror equidem viros incomparabiles Scaligerum & Caſaubonum non animadvertiſſe. Quin & Heſychii illa, quae numero 2 a Viro Cl. hic citantur, illis connectenda eſſe vehementer ſuſpicor, & pene compertum habeo. Locum integrum hic exhibebo;

Οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ,
Τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων'
Οἰστρῶντι πόθῳ, ῥίψαι πέτρας
Ἀπὸ τηλεφανοῦς· ἀλλὰ κατ' εὐχὴν
Σὸν, δέσποτ' ἄναξ, εὐφημεῖσθω
Τέμενος καὶ Λευκάδος ἀκτῆς.
Ubi prima dicitur Sappho,
Superbum Phaona venans
Inſano amore, praecipitaſſe ſe rupe
De excelſa: ſed ex voto
Tuum, o Phoebe, fauſtis verbis celebretur
Fanum circa Leucadium littus.

Verba Strabonis ſic habent. Καὶ τὸ ἄλμα τὸ τὰς ἐρωτας παύειν πιστευόμενον, ὃ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ, ὥς πού φησὶν ὁ Μένανδρος, τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα, &c. Dubitare jam aliquis poterit, quin οὗ δὴ λέγ[ε]ται πρώτη Σαπφὼ ad Menandri ῥῆσιν pertineant; cum ipſa verborum ſeries orationem Poëticam indicet, cum numeri exacte reſpondeant, cum ſine illis ſequentia manca & imperfecta ſint? At Viri magni illud, φησὶν ὁ Μένανδρος, ad ſequentia tantum referebant. Quaſi vero non paſſim apud Strabonem, Plutarchum, Athenaeum, poſt inchoatam aliquam ῥῆσιν, auctoris demum

demum nomen laudetur. Quinto autem verſu pro recepta ſcriptura κατ' εὐχὴν σὸν repoſui σὸν, hoc eſt, σὸν τέμενος; ut connectatur cum fragmento Heſychiano εὐφημεῖσθω, &c. quod & cum metro priorum & cum ſententia tam apte coagmentatur, ut nihil magis. Sciunt enim, qui in Tragicis Graecis & Ariſtophane verſati ſunt, Anapaeſtos, quales hi ſunt, ubique terminari verſu Paroemiaco, qui poſterius Colon eſt Hexametri. Sententia vero hujuſmodi eſt; Perſona haec quaecunque eſt, ſive una ſeu plures, Apollini Leucatae carmen dicens, Leucada petram memoraverat, Unde, ait, prima Sappho ſe praecipitavit & periit; ſed quid triſtia illa recenſeo? Potius bona & fauſta verba dicantur in tuo templo, o Apollo, Νῆστε' ἄναξ. Sic de eodem Apolline uxor Chremyli in Ariſtophanis Pluto,

Ὅσῳ ἴσχυς τῷ δύναμιν, ἄναξ Νῆστιν.

XCII.

(5) Ἐπίθες τὸ πῦρ, ἡ ζάκορος, ὑπωσὶ καλῶς.
Ἢ ὁ ἱερεὺς, ὁ ναὸν κοσμῶν καὶ σαίρων.
Impone ignem, aeditua, ſic recte:
Aut ſacerdos, qui templum exornat & verrit.

Ex Suida & Etymologo hoc adducit Vir Cl. Et verſum quidem priorem recte. Poſterius vero illud, quod pro ſua peritia Senarium eſſe exiſtimat, neque verſus eſt, neque e Menandro. Nimirum verba ſunt Etymologi, explicantis quid ſit ζάκορος; & ὑπηρέτης ſcilicet & ὑπηρέτις, & ἱέρεια & ἱερεύς: hoc eſt, & ἡ ζάκορος dici, & ὁ ζάκορος.

XCIII.

(7) Ζάκορος ἡ κοσμοῦσα τ' ναὸν, τέκνον.
Aeditua eſt, o fili, quae templum exornat.

Quantulum erat, ſi Vir Cl. verſui caput addidiſſet ex ſuperiore fragmento num. 5.

Ἢ ζάκορος, ἡ κοσμοῦσα τ' ναὸν, τέκνον.

Aut haec levia didiciſſe oportuit, aut Menandrum non tetigiſſe. Quippe, ut ait ille,

——— *hae nugae ſeria ducunt*
In mala deriſum ſemel exceptumque ſiniſtre.

M E Θ H. pag. 114.

XCIV.

(1) Εἶτ' ἐχ ἀποπώτατα πράττομεν τῇ θύομδν, &c. Dein annon abſurdiſſima facimus, cum ſacra facimus? &c.

Longum hoc ἀποσπασμάτιον ex Athenaeo petitum Vir Cl. hic repraeſentavit, ex Grotii editione: praeterquam quod verbum unum interpolavit, idque perperam, ut mox videbimus. Cum autem Viri longe eruditiſſimi Caſaubonus Grotiuſque in nonnullis hic erraverint, nos integrum locum adducemus, ut opinamur ab auctore profectum eſſe: poſtea Virorum Doctiſſ. conjecturas examinabimus. Sic igitur lege.

Εἶτ' ἐχ ὁμοίως περίττομεν τῇ θύοντες;
Ὅταν γε τοῖς θεοῖς μὲν ἠγορασμένον
Δρεχμῶν ἄγω σφόδρα σπουδαίου ἀγαπητὸν ὄϊν.
Αὐλητρίδας ἢ τῇ μύρον, τῇ ψαλτρίας
Ταύτας, τὸ θάσιον, ἰσχίλεις, τόρον, μέλι.
Μικροῦ τάλαντ' ἔγνεστιν τὸ κομψὸν λόγου.
Δρεχμῶν δὲ, Ἀγαθὼν, ἄξιον λαβεῖν ὄϊν
Ἡμᾶς, ἐὰν καὶ καλλιερήσῃ τοῖς θεοῖς;
Τούτων ἢ οὐδὲ ταῦτ' ἐπιτελεῖν τὴν ζημίαν;
Πῶς ἔχει τὸ κακὸν τῶν ἱερῶν ἀναλάζεται;
Ἐγὼ δ' ὃν ὢν γε θεὸς οὐκ εἴασα τἄν
Ὀφθῆν ἂν ἐπὶ τὸ βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε.
Εἰ μὴ καθάπαξ τις ἄμφω τἄν ἔγχελυν.
Ἵνα Καλλιμέδων ἀπόθηται εἷς τῶν συγγενῶν.

Quae ſic Latine vertenda ſunt;

Non aeque ſtulte ſacrificamus, ac cetera agimus?
Ubi diis quidem emtam duco
Oviculam, vix decem drachmarum:
Tibicinas vero, & unguentum, & Pſaltrias has,
Thaſium, anguillas, caſeum, mel ubi duco nobis,
Talentum ferme impenditur, ſi rem putes.
Drachmarum vero, O Agatho, decem pretium
Nos ferre, etiam cum opima ſacra diis facimus?
Harum autem rerum praeterea damnum in nos ſuſcipere?
Nonne hoc pacto rei divinae damnum duplicatur?
Ego vero, ſi deus eſſem, non permitterem
Lambum ſuper arum umquam imponere,
Niſi quis ſimul anguillam adoleverit;
Ut Callimedon, unus ex cognatis, moreretur.

Hujus

Hujus fragmenti bona pars bis habetur apud Athenaeum lib. IV. & VIII. Loco posteriore versus primus sic legitur, Εἶτ' οὐχ ἅπαντα; unde Casaubonus, probante Grotio, conjecit ἀποπάντα: at multo argutius est, quod lib. IV. extat, ὅμοια. Versu tertio, τεττάρων ἀγαπητὸν ἦν δραχμῶν est Atticae elegantiae: hoc est, *Vix decem Drachmarum; Drachmarum, ut multum, decem.* Versu quinto habetur Μυριάδων, Θαύσιον, lib. VIII. quod miror viros summos admisisse, cum metro prorsus repugnet. Melius extat lib. IV. Ταύτας, τὸ Θαύσιον; ut nos hic edidimus. Versu septimo, apud Athenaeum est, Ἡμᾶς μὲ ἀγαθῶν ἄξιον: unde Casaubonus, plaudente Grotio, ἀγαθόν. Nos, opinor, verius elegantiusque, Ἀγαθῶν; ut sit nomen Personae, quocum hic colloquitur: Ordo est; ἡμᾶς μέ, Ἀγαθῶν, λαβεῖν ἄξιον ἦν δραχμῶν; Infinitivus cum indignatione, ut *Haeccine fieri flagitia?* & alia infinita. V. octavo, Athenaeus habet, ἐὰν καλλιτρηθῇ; ubi Casaubonus γὰρ interponit, Grotius contra versum negligit: nos καὶ *etiam* addidimus, quod a syllaba sequente absorberi facile potuit. V. nono apud Athenaeum est,

Τούτων ὃ τοὺς πολλοὺς ἀνιᾷ τοῦ ζημίαν:

Ubi Casaubonus ob versum addidit, Τούτων ὃ δεῖ τοὺς. At Grotius perversissime,

Τούτων δ' εἰ τοὺς πολλοὺς ἀνιᾷ δεῖ τοῦ ζημίαν;

Ubi metri leges bis violavit. Nos, ni fallimur, & expeditius rem confecimus, & ad sententiam convenientius. V. undecimo & duodecimo sic Athenaeus.

Ἐγὼ μὲν ἤν ἄν γε θεὸς ὑκ εἴασα
Τοῦ ὀσφῦν ἂν ἐπὶ τ βωμὸν ἐπιθεῖναί ποτε.

Ubi Grotius priore versu legit οὐκ ἂν εἴασα; posteriore ἄν tollit ut supervacuum. Nollem equidem Virum magnum tam negligenter hic egisse. Quid? nescivisse, illud εἴασα syllabam mediam producere; ὀσφῦν autem posteriorem? Dum versibus consulere studuit, utrumque contrucidavit. Nos, ne litera quidem immutata, rem in vado statuimus. V. decimo tertio apud Athenaeum est,

Εἰ μὴ καθήκει τις ἅμα καὶ τοῦ ἐγχέλυν:

Quod cum nullo modo Senarium efficiat, & Casaubonus & Grotius patienter nimis admiserunt. Versu ultimo pro συγγενῶν Grotius reponit γνησίων, sententia dura, aut potius nulla. Rectissime vero habet συγγενῶν; cum ad festa hujusmodi sacrificia *cognati* de more vocarentur: Ut Callimedon scilicet ὁ ὀψοφάγος, cum ad coenam invitaretur, dirumperetur dolore ob anguillam deperditam. Ceterum in his omnibus nihil vidit aut videre adeo potuit clarissimus Clericus, utpote hisce sacris nondum initiatus: unicum tantummodo tentare leviter ausus est, in versu ultimo: ubi pro ἀπέθανεν interpolavit ἀπεθάνη, *quia illud*

illud hic non conveniebat. Itane vero, o Criticae artis columen? Atqui, ut condonemus tibi verſum contaminatum, cujus ſane omnem gratiam corrupiſti; vel ex Lexicis tuis ſcire poteris ἵνα etiam hoc ſenſu cum indicativo conjungi, mixta quodammodo ſignificatione ex *Ut* & *Ubi:* ut hic in *Nauclero* num. 5.

XCV.

(2) Οἱ ἧ τ' ὀσφῦν ἄκραν θύσανίες ———
Illi ſummum crus cum adoleviſſent.

Ex Etymologico hoc eſt; quod Viri Cl. opinione Senarium inchoare poteſt: quo tamen pacto ne unus quidem pes non malo quodam mactatus eſt. Auctor vero ſum, ut in ſecunda demum editione ſic verba conſtituat,

——— αἱ ἧ τὴν ὀσφῦν ἄκραν
Θύσαιτες. ———

XCVI.

(4) Εἶτ' οὐκ εἶχεν ὑ πῦρ, ὐ λίθον, οὐκ ἄλλο τι,
Οὐθ' ἕτερον.
Deinde non habebat, neque ignem, neque lapidem,
Neque aliud quid, nec alterum.

In hoc praeter ſyllabarum numerum ne ullum quidem veſtigium fere Senarii eſt. Quouſque aures noſtrae tam abſonis his verſiculis vulnerabuntur? Repone vero ocyus,

A. ——— Εἶτ' οὐκ εἶχεν ὑ πῦρ, ὐ λίθον,
Οὐκ ἄλλο τι; B. Οὐθ' ἕτερον. ———

ΜΗΤΡΑΓΥΡΤΗΣ pag. 120.

XCVII.

(2) Προπίνων θηρίκλειον τειχότυλον. ———
Propinans thericleum trium cotylarum.

Cui ullus ſenſus eſſet numerorum & verſuum, ſtatim agnoſceret non principium hoc, ſed finem Senarii eſſe,

——— προπίνων θηρίκλειον τειχότυλον.

XCVIII.

(3) Εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς ἔχες, Φειδία,
Ζητεῖν ἀληθὲς φάρμακον τούτῳ σ' ἔδει.

Νῦν δ' οὐκ ἔχεις· εὕρηκα δ' ἢ κενὸν φάρμακον
Πρὸς τὸ κενὸν· οἰήθητι δ' ὠφελεῖν τί σε.
Περιμαξάτωσαν σ' αἱ γυναῖκες εἰς κύκλῳ,
Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ τριῶν χρυσῶν ὕδωρ.
Τούτῳ περίῤῥάναι, ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.
Πᾶς ἁγνός ἐστ' ὁ μηδὲν συνιδὼν κακὸν
Αὑτῷ.

Si verum quodpiam haberes malum, o Phidia,
Verum ejus remedium te quaerere oporteret.
Nunc vero non habes: inveni autem inane remedium
Ad inanem morbum: putato vero id nonnihil te juvare.
Abſtergant te mulieres in orbem,
Et circumponant aquam e tribus tubis.
Eâ adſpergaris, cum injeceris ſalem & lentes.
Omnis purus eſt, qui nullius mali ſibi conſcius eſt.

Apud Clementem haec admodum mendoſa ſunt, quibus medicinam ferre certatim ſunt conati viri magni Sylburgius & Grotius. Verſu primo apud Clementem φιλιάζειν; pro quo Sylburgius repoſuit, ὦ φίλε, Δίζειν. At δίζειν Homericum eſt, neque hic ſtare poteſt: rectius Grotius, Φειδία, Ζητῶν; quae egregia emendatio eſt. In ſecundo verſu uterque tardior fuit; ſine dubio enim legendum,

Ζητῶν ἀληθῆ φάρμακον τοῦτο μ' ἔδει.

Me, inquam *quaerere*: non *te*; quod verſus tertius evincit, ubi εὕρηκα *inveni*. Nempe hic, qui loquitur, a ſuperſtitioſo quodam conſultus eſt de medicina malo ejus opinato reperienda. Verſu ſexto ſic Clemens hodie habet,

Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ χρυσῶν τριῶν
Ὕδωρ περίῤῥάναι.

Ubi Sylburgius, ad verſum ſuſtentandum, corrigit, εἶτ' ἀπό. At quorſum tum ſpectabit illud περιθέτωσαν? quid debent mulieres περιθεῖναι? nihil. Ergo, hoc repudiato, aliam viam inſtituit Grotius, & magna verborum mutatione ſic repoſuit,

Καὶ περιβάτωσαν ἀπὸ τριῶν χρυσῶν ὕδωρ.
Τούτῳ περιῤῥάναι.

Perperam omnino, & ſententia nulla: quid enim erit περιβάτωσαν ὕδωρ, *circumponant aquam*? Ipſe vertit, *Aquam aſportent*. Atqui περιβάλλειν eſt *veſtire*, *amicire*: neque cum *aqua* quicquam habet

habet affine. Hic jam aliquid excogitandum erat Artis Criticae Profeſſori: ſed qui magna pollicentur, non ſemper ea praeſtant. Equidem, dum hoc fragmentum legerem, ſemel iterumque de veſte aliquid cogitabam, Καὶ ἐξειθίτωσαν χλαῖναν, & alia: verum cum nihil inde, quod placeret, mihi ſuppeditaretur; indignatus, abjeci ex animo vocabula, & ex vi ſententiae inveſtigabam, quid opus fuiſſet dicto. Certe, inquam, nulla, qualis haec, eſt Luſtratio ſine *ſulphure*, τῷ θείῳ: dictum factum, illico ſe in mentem ingeſſit vera emendatio;

Περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
Καὶ θεῖόν σε θειώτωσαν· ἀπὸ κρηνῶν τριῶν
Ὑδατι ἐξερράναι.
Et ſulphure te circum expient: a tribus fontibus
Petita *aquâ circumſpergaris.*

Cui tmeſis illa minus arridet, ſic legere poterit;

Καὶ ἐξειθιωσάτωσάν σ'· ἀπὸ &c.

Ceterum ultimum verſiculum, quem varie tentant Sylburgius & Grotius, Clementis equidem verba eſſe puto, non Menandri. Ea ſic habent; Πᾶς ἀγνὸς ἐστι ὁ μηδὲν ἑαυτῷ κακὸν συνειδώς: ubi corrigendum, aut συνιὼν, aut συνειδώς. Nam utique συνειδὼς non formatur a σύνοιδέναι *conſcium eſſe*, ſed a σύνοιδα.

ΜΙΣΟΓΥΝΗΣ pag. 122.

XCIX.

(4) Ἕλκει ὁ γραμματίδιον ἐκεῖ σε δίπτυχον,
Καὶ παράστασις.

Hoc & plenius exhibetur, & melius diſponitur in Harpocratione Mauſſaci:

——— ἕλκει ὁ γραμματίδιον
Ἐκεῖ σε δίπτυχον, καὶ παράστασις μία
Δραχμή. ———
——— *trahit vero te illuc inſtrumentum*
Diptychum, & paraſtaſis drachma una.

Sic in Photio & Suida μία δραχμὴ cum prioribus connectuntur. Quo igitur tibi, o Κειλικοδιδάσκαλε, ſupra virum eruditiſſimum Mauſſacum ſapere? ſed fefellit te, video, celeberrimi Kuſteri Suidas, ubi Typographi opinor errore poſt verbum παράστασις punctum male inſeritur. Quo tu infeliciter arrepto, & ſententiam curtaſti; & perinde Senarium concinnaſti, ac ſi in Horatio ſcriberes,

Maecenas regibus edite atavis.

C.

(5) Αλλ' ὰ τὰ βίω νὼ ἴσως δεῖ φρονῖσαι;
Annon quae pertinent ad vitam ambos oportet curare?

Pro νὼ ἴσως, quae Viri Cl. conjectura eſt, apud Priſcianum fertur NΩNICΩC. Unde levi negotio Senarius efficitur,

Αλλ' ὰ τὰ βιότου νῷν ἴσως δεῖ φρονῖσαι.
Sed de victu noſtrum duorum non fortaſſe curandum eſt.

At Vir Cl. & verſui crucem fixit, & ſententiam interrogatione corrupit.

CI.

(6) A. Χαῖρ', ὦ Γλυκέρα. Γ. Καί σ', πολλῷ χρόνῳ
Ορῶ σε.
A. Salve, Glycera. Gl. Et tu ſalve, longo poſt tempore te video.

Etiam hic quoque verſiculus a ceteris Viri Cl. minime degenerat: ſemel enim atque iterum fracto crure inambulat. At apud Priſcianum pro πολλῷ habetur πολλοσῷ. Sine dubio corrigendum,

A. Χαῖρ' ὦ Γλυκέριον. Γ. Καὶ σύ. A. Πολλῷ τῷ χρόνῳ
Ὁρῶ σε.

Noſti opinor ὑποθετικὸν illud *Glycerium* vel ex tuo Terentio.

CII.

(7) ——— ὄμνυμι
Σοὶ τ' ἥλιον, ἢ μὴ ποιήσειν γραφὴν
Σοι κακώσεως.
——— Juro tibi per ſolem
Certo facturum litem *me* tibi injuriarum.

Nihil his vidi foedius, ut plane me pudeat pigeatque. Omnia conturbata ſunt, pedes luxati, quantitates ſyllabarum inverſae. Atqui apud Priſcianum recto ordine verba incedunt, modo commode digerantur;

——— ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον,
Ἢ μὴν ποιήσειν σοι γραφὴν κακώσεως.

CIII.

(8) Τί γὰρ δὴ γῦρός ἐστιν, ὰ συνίημι.
Quid enim gyrus ſit, non intelligo.

Verba

Verba Phrynichi, unde hoc adductum eſt, ita ſe habent. Γῦρος· τί καὶ τοῦτο (lege τοῦτο cum Viro Cl.) Μένανδρος τὴν καλλίστην τῶν Κωμῳδιῶν τῶν ἑαυτοῦ τὴν Μισογύνην κατεκηλίδωσεν, εἰπὼν· τί γὰρ δὴ γῦρός ἐστιν, οὐ συνίημι. Hoc eſt, ex Nunneſii verſione; Γῦρος. *Cur etiam hoc verbo Menander optimam comoediarum ſuarum* Μισογύνην *maculavit? cum dixit,* τί γὰρ δὴ γῦρός ἐστιν, οὐ συνίημι, *Quid enim ſane* γῦρος *ſit, non intelligo.* Sed errat cum Nunneſio Vir Clariſſimus, qui Menandri haec verba eſſe nimis temere crediderunt: neque enim aut numeri aut ſententia patitur, ut Menandro ea affingamus. Ut, quod res eſt, dicam; omnino per Librariorum negligentiam locus Menandri excidit poſt verbum εἰπὼν: quem ubi citaverat Phrynichus, de ſuo ſtatim ſubjunxit, *Quid enim hic* γῦρος *ſignificet, equidem non intelligo.* Hoc certiſſimum eſſe facile deprehendet, qui Artis Criticae praecepta, non dico, docet, ſed intelligit & re praeſtat.

CIV.

(9) Χλαμύδα, χὴ Μυσίαν λόγχιον, ἀορτιοῦ.
Chlamydem, Myſiam lanceam, aortam.

Quid? an eo tandem deventum eſt, ut haec etiam pro Senario obtrudantur? quaſi ad digitos ſic ſyllabas numeraverit Vir Cl.

Χλαμύ | δα χὴ | Μυσί | αν λόγ | χιον ἀ | ορτήν.

O peſtis aurium, quouſque nos excruciabis! Atqui ſciat Vir Cl. illud χὴ Μυσίαν in libro Pollucis VII. mendoſum eſſe, & ex libro X. corrigendum καυσίαν: locum etiam ſic diſponendum,

——— Χλαμύδα, καυσίαν,
Λόγχιον, ἀορτιοῦ ἱμάτια. ———

Ceterum ideo hoc adducit Pollux, ut Menandri auctoritate probet verbum ἀορτὴ in uſu fuiſſe: dubius tamen, inquit, hic locus eſt; quia quaedam exemplaria pro ἀορτιοῦ ibi habeant, ἀορτῆρ'. Addidit igitur illud ἱμάτια, quod in verſu ſequebatur; ut ſciret lector utrumvis & ἀορτὴν & ἀορτῆρα, quantum ad verſum attinet, commode legi poſſe.

ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΣ. pag. 126.

CV.

(1) Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τοῦτο, τὴν ψυχὴν ἀναλάβοιμ' ἐγώ· νυνὶ γάρ· ἀλλὰ πῶ θεὼς
Οὕτως δικαίως ἔστιν εὑρεῖν, ὦ Γέτα.
Si enim viderim hoc, animum recipiam

Ego

Ego. Nunc quidem. Sed ubi deos
Tam juſtos reperire licet, O Geta.

Grotius, cujus adnotationem male ſuppreſſit Vir Cl. *Eſt*, inquit, *καὶ ψυχὴν apud Scriptorem de Monarchia; & deeſt ἀνὰ contra verſuum leges.* Atqui, *δ' ἀνωμαλίαν*, quid in illo *καὶ ψυχὴν* culpandum ſit, nullus video: ſine dubio autem *deeſt aliquid*: ſed tuum *ἀνὰ* deeſſe paucis, opinor, approbabis. Non placet unum vocabulum in binos verſiculos diſtributum. Equidem ſic potius legerim,

Εἰ δ' ἐπίδειμι τοῦτο, κ' ψυχὴν πάλιν
Λαβοιμ' ἐγώ· νυνὶ γάρ.
Utinam hoc viderem, animumque reciperem,
Nunc enim animus labaſcit.

ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ pag. 128.

CVI.

(1) —— καὶ Φύσει
Πῶς εὐάγωγός ἐστι πᾶς ἀνὴρ ἐρῶν.
—— & natura
Quodammodo tractabilis eſt quiſquis amat.

Magnus Grotius, cujus nota iterum nos defraudavit Vir Cl. *Illud*, inquit, *καὶ Φύσει ſeparavimus a verſu ſequente.* Male vero factum: nam perperam omnino verſus inchoatur a πῶς enclitico. Recte habetur uno verſu apud Stobaeum; & Trochaïcus eſt rotundiſſimus,

Καὶ Φύσει πως εὐάγωγός ἐστι πᾶς ἀνὴρ ἐρῶν.

CVII.

(3) Ηκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων, ὡς ἐς καλὸν
Τὸν ἡμὸν εὐτυχῶντε καὶ σεσωσμένον.
Πρῶτος δ' ἐγώ σοι τἀδελφοῦ χρυσῶν κάνθαρον.
Στ. Παῖον; Α. Τὸ πλοῖον, ὃδέ μ' οἶδα σ' ἆθλιε.

CVIII.

(4) δ.
Α. Τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Β. Ἐγώ. Α. Ἐμὴν
Τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησε Καλλικλῆς
Ὁ καλὸς μῶλος, Εὐφράνωρ δ' ἐμυοέρνα Θύριος,

Venit

Venit relicto Aegaei ſalſo profundo
Theophilus nobis, o Strato, ad egregium
Filium felix & ſalvus
Primus ego tibi hunc aureum cantharum *adfero.*
ST. Qualem? A. Navem, annon me intelligis, miſer?
4.
A. Navem ſervatam eſſe mihi dicis? B. Ajo. A. Meam
Navem illam, quam fecit Callicles
Qui vocatur, & cujus Euphranor Thurius gubernator erat?

Plurima hic peccavit Vir Cl. partim male vertendo, partim verba clanculum immutando, lectore nequaquam admonito. Apud Athenaeum eſt εὐτυχῆντα ἐ σεσωσμένον: quae & peſſimo more corrupit Clericus, & ſententiam peſſumdedit. Quale enim illud Ἐς καλὸν τ' υἱὸν, *ad egregium filium?* Atqui, o bone, Theophilus non venit ad *filium*, ſed ipſe erat *filius* Stratonis. Ἐς καλὸν autem neutro genere accipiendum, ut paſſim occurrit, pro *Opportune, auſpicato, feliciter.* Lege igitur, ut apud Athenaeum extat, niſi quod pro Πρῶτος γ' ἐγώ σοι ex certa Caſauboni emendatione reponendum eſt, λέγω:

——— ὡς ἐς καλὸν
Τὸν υἱὸν εὐτυχῆντα κ᾽ σεσωσμένον
Πρῶτος λέγω σοι, τόνδε χρυσοῦν κάνθαρον.
Στ. Ποῖον; Α. Τὸ πλοῖον· οὐχὶ γ' οἶδα σ' ἄθλιε;
Στ. Τὸν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Α. Ἔγωγε μὰν
Τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς
Καλούμενος, Εὐφρανὼρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος.
——— *ut opportune*
Filium tuum felicem & ſalvum rediiſſe
Primus tibi dico, & aureum illum Cantharum.
St. Qualem? A. Navem illam. Nonne tuas res noſti, miſer?
St. Navem mihi ſalvam eſſe narras? A. Ego vero
Navem illam, quam fabricatus eſt ille Callicles
Vocatus, Euphranor vero Thurius gubernavit.

Haec ſi quis ad edita Athenaei & Macrobii exegerit, & cum Viri Cl. hariolationibus Grotianiſque conjecturis contulerit, videbit quid interſit. Nos utramque ſῆτιν conjunximus; nam illud Athenaei ἐ μετ' ὀλίγα dimidiatum illum verſum notat, qui ex Macrobio ſuppeditatur.

ΞΕΝΟΛΟΓΙΑ. pag. 132.

CIX.

(1) Οὕτως ἀσυλλόγιστον ἡ Τύχη ποιεῖ,
Τὸ συμφέρον τί ποτ' ἐστὶν ἀνθρώπῳ βίῳ.
Χρῆται νόμοις καθ' ὃς κινεῖ τὰ πράγματα;
Οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, Ταῦτ' ἃ πείσομαι.
Sic facit Fortuna, ut ratione colligi nequeat,
Quid tandem conducat hominis vitae;
An utitur *certis* legibus, ex quibus res moveat?
Neque licet vivo dicere, Haec non patiar.

Verſu tertio ſic extat apud Stobaeum,

Οὐ χρῆται νόμοις καθ' ὃς κρίνει πράγματα:

Unde Grotius ſic ex conjectura dedit,

Οὐ χρὴ νόμοις, καθ' ὃς κρίνωσθ' πράγματα,

Quod *durius & audacius permutatum* eſſe pronunciat Vir Cl. ipſe vero emendat *ſenſu*, ut ait, *manifeſto*,

Χρῆται νόμοις καθ' ὃς κινεῖ τὰ πράγματα;

Sine dubio hic ſperabat ſe plauſum a lectoribus impetraturum: at quanto cum periculo haec alea jaciatur, praeſertim ab imperitis, ipſe opinor ſuo malo ſemper meminerit. Tuum enim κινεῖ, ὃ Κεφαλίωνι, producit priorem ſyllabam, atque ideo in loco quarto nequit conſiſtere. Idemque in Grotiana emendatione vitium eſt; nam & κρίνωμαι primam longam habet. Huic tamen mederi facile poſſis; legendo κρινοῦμαι tempore futuro, tuum eſt incurabile & ἀπαρηγόρητον. Si quaeris, quid mihi in mentem venerit; verſum quidem erat facile expedire,

Καθ' ὃς ἢ κρίνει πράγματ', ὃ χρῆται νόμοις.

Sed ſententia minime placet, neque licet in extemporali hoc ſcripto diutius hic immorari.

ΟΛΥΝΘΙΑ. pag. 134.

CX.

(1) —— μετ' Ἀριστοτέλους
Γὰρ τέτταρας ὀβόλους τῆς ἡμέρας φέρων.
—— cum Ariſtotele
Enim quatuor obolos quotidie auferens.

Ex Suida hoc eſt, & quia optimus Kuſterus neglexerat forte verſus digerere; ita ſine illo magiſtro ſe geſſit Vir Clar. ut in utroque turpiter ſe dederit: neutri enim verſiculo ſui numeri conſtant. Tum vero a vocula illa ἤ verſum inchoare, qualis eſt elegantiae? vel unum ejuſmodi ex omnibus poëtis da verſum, & viceris. Atqui nullo labore ſe ſponte infert verus Menandri senarius,

Μετ' Ἀριστύλλης ἤ πτίσεως τ' ἡμίσεως
Ὀβόλους φέρων. ——————

Ubi ſentire forte poteris verborum ſtructuram, praeter metri commoditatem, etiam per ſe elegantiorem eſſe.

ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΙ. pag. 134.

CXI.

(2) Χρηστοῖς νομιζομένοις ἐφόδιον ἀσφαλὲς
Εἰς πάντα καιρὸν ἡ τύχης πᾶσαν ῥοπήν.
Iis qui habentur probi, *ea opinio* eſt viaticum tutum
In quodvis tempus & quamvis fortunae inclinationem.

Ita emendavimus, inquit Grotius, *pro* Χρηστὰς νομιζομένας, ut codices Stobaei habent. Non accedo: neque enim aliud quid erat viatici eis, praeterquam τὰ νομιζεσθαι χρηστά: ut & recte vidit Vir Clar. qui in verſione inſerit *ea opinio*, ut rem lectori explicet. Atqui lectio Grotiana aliud quid tamquam ἐφόδιον adeſſe iis ſignificat. Recte ergo habet recepta ſcriptura,

Χρηστὰς νομιζομένας, ἐφόδιον ἀσφαλὲς

Priora illa ex praecedentibus, quae jam periere, pendent; poſteriora per Appoſitionem inferuntur.

CXII.

(3) Ἦν δῆλον ἢν τί νύμφιός τε ἀλφάνῃ.
Clarum igitur erat quid & ſponſus inveniat.

Falſum & mendoſum hoc eſſe quivis videat: quid vero ſincerum ſit, quis divinare auſit in tam curta ſententia? Vir Cl. furtim hic ſuppoſuit ἢν τί pro ὅτι, quod apud Suidam eſt: quaſi vero hoc facinore res expediretur; cum & inſuper verſus adhuc laboret. Portus ſic conjecit,

Ἦν δῆλον, ὅτι νύμφιός τ' ἀλφάνῃ.

Nobis, dum haec ſcribimus, hoc ſuccurrit,

Ἣν δηλονοτὶ νύμφιος τότ' ἀνέφανεν.
Quam ſcilicet ſponſus tunc invenit.

Graecum ſaltem hoc eſt, & Senarium explet.

ΟΡΓΗ. pag. 138.

CXIII.

(3) Ὁ λιμὸς ὑμῶν τ' καλὸν τοῦτον δακὼν
Φιλιππίδου λεπτότερον ἀποδείξει νεκρόν.
Fames veſtra formoſum hunc ubi momorderit,
Philippide gracilius faciet cadaver.

Non convenit ὁ λιμὸς ὑμῶν *fames veſtra:* tum enim non *unum* modo, ſed omnes graciles redderet. Repono igitur,

Ὁ λιμὸς ὑμῖν τ' καλὸν τοῦτον δακών.

Dativi iſti, μοὶ, σοὶ, ἡμῖν, ὑμῖν apud comicos eleganter παρίλκειν *redundare* ſolent; ut & apud Plautum & Terentium, *mihi, tibi, nobis, vobis.*

CXIV.

(7) Οὐ μάτην.
Non vere.

Heſychii hoc eſt. Οὐ μάτην, οὐκ ἀληθῶς, Μένανδρος ἐν Ὀργῇ. Hoc allegaſſe, contentus Vir Cl. ſilentio rem tranſigit. Atqui hoc portenti plane ſimile eſt, ut μάτην *fruſtra, vane* apud Menandrum ſignificet ἀληθῶς *vere.* Ubi nunc tot Artis regulae? Qui factum, ut nulla ex eis auctori ſuo ſubſidio veniret? Vide autem, an ipſe, qui artifex non ſum, rem expedire valeam. Repono igitur, Οὐ μὰ τὸν, *Non per:* nomen enim Divae omiſſum eſt per εὐφημισμόν. Ita Ariſtophanes in Ranis, μὰ τ', Dei nomine non addito.

Μὰ τ' ἐγὼ μέ, οὐδ' ἂν εἴ τις
Ἕλκῃ μοι τ' ἐπιτυχόντων,
Ἐπιθέμοιμι, ἀλλ' ἀνόμοιμ' ἂν
Αὐτὸν αὑτὰ λῆρεῖν.

Ubi obiter ἐπιθόμοιμι aoriſto ſecundo repoſui, pro vulgato ἐπιτιθέμοιμι, quod verſui repugnat. Ceterum de μὰ τ' vide ibi Scholiaſtem & Suidam in voce. Jam autem cernis, opinor, recte feciſſe Heſychium, qui jusjurandum per ἀληθῶς interpretatus eſt.

ΠΑΙΔΙΟΝ. pag. 140.

CXV.

(1) Εἰς πάντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει;
Πονηρὸς ἔσται· μετὰ δὲ παῤῥησίας,
Βέλτιον αὐτὸν τοῦτο ποιήσει πολύ.
Diſcitne ſervus per omnia ſervire?
Nequam erit. Concede ei loquendi libertatem,
Faciet hoc eum longe optimum.

Apud Stobaeum extat Ἅπαντα δουλεύειν, unde Grotius poſt Geſnerum Εἰ πάντα concinnavit. At Vir Cl. *maluit*, neſcio cur, Εἰς πάντα. Metuebat, credo, ut bene Graecum eſſet πάντα δουλεύειν. Sed ubicunque. vel in minimis, ſupra magiſtros ſuos ſapere audet, miſerrime excidit. Emendatio Grotii certiſſima eſt. Εἰς πάντα δουλεύειν plane barbarum, Interrogatio autem dura ibi & coacta eſt, & omnis Veneris expers.

CXVI.

(3) Μαραγδους εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σαρδια.
Smaragdos haec eſſe oportebat, & Sardia.

Niſi plane defeſſus eſſem, riſum hic tenere minime poſſem. Apud Athenaeum Typographi opinor culpa, Μαραγδον εἶναι legitur in Caſauboni editione, qua uſus eſt Vir Clar. Ille vero, hoc aperte mendoſum videns, & Dalechampio fretus qui *maragdos* in verſione poſuit, μαραγδους hic in textum intruſit, minime conſcius ſe verſum atrociſſime violaſſe. Atqui Aldi editio recte habet,

Μάραγδον εἶναι, ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια.

Atque ita quoque apud Euſtathium legitur, loco ipſo, qui a Viro Cl. hic adducitur.

O *rem ridiculam, Cato, & jocoſam.*

ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗ. pag. 144.

CXVII.

(1) —— Στρατεία δ' ἐδημίαν θεσσάλαν
Φέρει, ἐφήμερον ἢ καὶ θερπετὴ βίον,
Οὗ πεῖραν ἔχομεν ὄντος ἁ σωτηρίᾳ.

 —— Militia

——Militia nullas divitias
Fert, ſed victum in diem & ſubitaneum,
Cujus experimentum cepimus quaſi minime ſalubris.

Haec ſcabra & hiulca ſunt: Grotius tamen ad locum, Feri, inquit, *partem verſus & verſum ſequentem, ex his quæ apud Stobaeum confuſa exſtabant:*

Στρατία δ' ὁ φέρει πλουσίαν ὀλιγίαν
Εφήμερον ὃ κἀν πενητὶ βίον.

Atqui, o ſumme Virorum, facilis erat loci reſtitutio ſine ulla verborum luxatione, literula modo deleta. Sic enim repono:

——Στρατία δ' ὁ φέρει πλουσίαν
Οὐδεμίαν, ἐφήμερον ὃ κἀν πενητὶ βίον.

Οὐδεμία στρατεία, *nulla* inquam *militia*, non *nullas divitias*: atque hoc modo & verborum ſeries ſervatur, & metrum numerosius ſit, & ſententia creſcit.

CXVIII.

(4) ——κρίσις
Ἐστὶν ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἂν τοῖς θεοῖς.
——judicium
Eſt injuſtum, ut videtur, etiam apud Deos.

Verba apud Juſtinum, inquit Vir Clariſſimus, *ſunt inverſa hoc modo*,

Ἔστι κρίσις ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἂν θεοῖς.

Ain vero? haec verba inverſa ſunt? an potius tua illa & inverſa & perverſa? Sed dum verſui cavere ſtuduit, pro medicamento virus inſtillavit. Saltem non uno verſu dediſſe, Κρίσις ἐστὶν ἄδικος? Sed melior eſt collocatio, quæ apud Juſtinum eſt: fortior quoque ſententia, *Eſt judicium injuſtum*, quam *Judicium eſt injuſtum*. Vah, ſi in inimicum aut mordacem aliquem incidiſſes, quam miſeris modis vapulaſſes.

CXIX.

(9) ——τὰς ὄφεις,
Λέγει, καλῶς γέ μοι ἠγόρασας.
Armillas, inquit, pulchre mihi emiſti.

Verba Heſychii ſunt, Ὄφεις. τὰ δεξιοντιπόδη χιτώνια φύλλα. Μένανδρος Παρακαθήκῃ. τὰς ὄφεις. λέγει, καλῶς γε μοι ἠγόρασας. Ita verba punctis diſtincta exhibet editio poſtrema: quo indicetur, illud λέγει ad Μένανδρον ſpectare, non ῥήσεως partem eſſe.

Spre

previt tamen hoc Vir Cl. & etiam metro repugnante in verſum ntruſit λέγ. Poſthac, ſi ſapiet, ſic ad Senarios reducet,

——— τὰς ὄψεις καλᾶς γά μοι
Ηγήσασας. ———

ΠΕΡΙΝΘΙΑ pag. 146.

CXX.

(1) Οὐ πώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ νεκρὸν,
Εἰς τ' ἴσον δ' ὄγκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.
Nunquam invidi ſumtuoſe ornato cadaveri,
Ad eandem molem redigitur, ac quod vili funere elatum.

Auſer illud δ' e verſu ſecundo: quod miror magnum Grotium am patienter tuliſſe, cum & verſum & ſententiam inutiliter ravet. Neque vero placet illud ὄγκον: quid enim eſt ἔρχ ὄγκ, *venit ad molem?* quis ſic locutus eſt? Equidem legerim,

Εἰς τ' ἴσον οἶκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐπλεῖ.

ad parem & eandem domum, ſive ſepulchrum. Quippe *aequa illus Pauperi recluditur, Regumque pueris.*

CXXI.

(2) Ὅστις παραλαβὼν δεσπότην ἀπράγμονα
Καὶ κωφὸν ἐξαπατᾷ θεράπων, οὐκ οἶδ' ὅτι
Αὐτὸς μεγαλεῖόν ἐστι πεπραγμένος,
Ἀπαθελτερώσας τ' τὸ πρόθ' ἀβέλτερον.
Quiſquis nactus herum ignavum
Et levem fallit ſervus, neſcio quodnam
Magnum ipſe facinus ediderit,
Qui inſaniorem reddidit *eum*, qui jam erat inſanus.

Male apud Grotium, ait Vir Cl. *editum eſt* κωφὸν: *nam non e ſurdo, ſed de ſtulto & levi ſermo eſt.* Nimirum gloriolam ptare voluit ob Grotium refutatum. At κωφὸν ibi pro κεφὸν, apud Suidam extat, merum Typographi erratum eſt, ut ex ri magni verſione eſt manifeſtum. Interea tamen verum Groerrorem reliquit intactum, & ſenſus disjunctiſſimos in unum nfudit. Grotius loci hujus ſententiam ſic acceperat, *ſervus i herum negligentem & ſtupidum fallit, neſcit* (quaſi eſſet τὸν δὴ) *ſe rem praeclaram feciſſe, quod hominem prius ſtupidum ſtupore ſuo expergefecerit.* Multi enim ſupini & inertes, ubi fallaciis

fallaciis tacti & emuncti ſunt, ita interdum exacuuntur, ut poſtea falli non poſſint. Inde eſt, quod Grotius pro ὅπως & ἐπαβελπερώσας apud Suidam, corrigebat αὐτὸς & ἀπαβελπερώσας. At alia prorſus & quidem contraria eſt hujus loci ſententia, quam recte ſecuti ſunt Suidae interpretes, & clariſſimus Clericus. *Servus, qui herum ſupinum & remiſſum decipit, haud ſcio* (ut ſit οὐκ οἶδα) *quid magnae rei hic fecerit, quod hominem jam antea ſtultum reddiderit ſtultiorem.* Hoc enim facile factu eſt, neque ſervus verſutiae ſingularis famam ex eo ſperare debet. Hanc equidem ſententiam probo: ſed ubi erat acumen Criticodidaſcali, qui Grotii interpolationes in textu ſervaverit, ſenſum vero plane oppoſitum in verſione expreſſerit? Haec certe animadvertiſſe melius fuerat, quam cum Typographi mendis & larvis luctari. Revoca igitur receptam Suidae ſcripturam,

——— Οὐκ οἶδ' ὅ, τι
Οὗτος μειζαλιῶν ἐπ' ἀμφιταραγμοίν,
Ἐπαβελπερώσας τ' ἀπ' αὖθ' ἀβέλπερον.

CXXII.

(6) ——— Ὡς ἔστι μαλακὰ συλλαβών,
Ἐκ τ' πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ ψιλός.
——— Sic ut erat tritis veſtibus correptis
Ex urbe prorſus exſilit nudus.

Hoc ex Polluce huc tralatum eſt, in quo Vir Cl. more ſuo plurima peccavit. Priorem verſiculum metro laborantem poſuit, poſteriorem ſenſu. Illud ψιλὸς enim adſcivit ex conjectura Kuhnii, prorſus abſurde. Qui enim τὰ μαλακὰ συλλαβὼν *veſtimenta & vaſa colligens fugit*, quomodo is ψιλὸς *nudus* fugiat, nequeo concipere. Haec inter ſe pugnant. Videamus, ſiquid melius & probabilius nobis ſuccurrat. In vetuſtis Pollucis codicibus ſic locus habetur; ut in luculenta illa, quae nuper prodiit editione ab Interpretibus diſcimus. *Vaſa*, inquit, *domeſtica a recentioribus* Μαλακὰ *vocabantur*, ὡς ὅτι Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ ὃ ἐστὶ μαλακὰ καὶ συλλαβὼν ἐκ τ' πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ φίλος· ἢ Δίφιλος ἐν Ἀπολιπούσῃ. Εἶπα μαλακὸν δ' δήπου' ἔχεις σκευάριον, ἐκπωμάτιον ἀργυρίδιον, ἐκ δορμοῦ λαβὼν τόδι, δώσεις ἐμοὶ παρακαθήκιν. Ex his, opinor, veram lectionem eruo, minima mutatione;

——— ὅσ' ἐστὶ, μαλακὰ συλλαβών,
Ἐκ τ' πόλεως τὸ σύνολον ἐκπήδα, φίλος.
——— *quotquot tibi ſunt, vaſa corradens,*
Ex urbe prorſus exilito, o amice.

Hic

Hic igitur, quisquis est, idem consilium dat, quod Geta apud Terentium se capturum fore profitetur,

Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinam in pedes.

Quin & Diphili locum, qui mox sequitur, quandoquidem in postrema Editione miris modis conturbatus est, operae pretium erit hic restituere. Sic igitur repono, & quidem vere:

——— εἶτα κυλικεῖόν, ὦ δύστην', ἔχεις
Σκευάριον, ὀκταμοιρίδιον, ἀργυρίδιον·
Οὐκ ἐπιδραμεῖ λαβὼν τάδε, κἀμὲ δώσεις ἐμοὶ
Παρακαταθήκην. ———

——— *atqui vasculum aliquod, o miser, habes*
Domesticum, poculum, pecuniolam:
Nonne excurres hoc petens, & dabis mihi
Depositum?

Lenae cujusdam videntur esse verba, amatorem ad arrhabonem sibi dandum sollicitantis. Atque haec hactenus: ut hinc discat Vir Cl. sine Rei metricae peritia Comicos edendos in se recipere, perinde esse ac sine pennis volare velle.

CXXIII.

(8) ——— τάδ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματος
Οὐδ' ἕλη. ———

Reliqua vero intacta corpora ne capiat.

Vereor, ne illud ἐδ' ἕλη sit mendosum: utcumque sit, Senarium inde inchoare est hominis ἀμούσου. Continuanda erant verba ad hunc modum:

——— τάδ' ἄλλ' ἀνέπαφα σώματ' ἐδ' ἕλη.

Apud Suidam editione Mediolanensi est ἐδλλη; & a prioribus puncto sejungitur. Forte erat, ἐδὲ λητά, *quae pro praeda haberi nequeunt*, ut sint verba Suidae interpretantis τὸ ἀνέπαφα. Sed hoc est hariolari.

ΠΛΟΚΙΟΝ. pag. 150.

CXXIV.

Loca haec ex Gellio, viris maximis Scaligero, Casaubono, Grotio, aliisque tentata, quia non sunt nobis ad manum vetustae Gellii editiones, intacta praeterimus. Multa tamen ibi, si id ageremus, castiganda & corrigenda fore jam nunc videmus. Unum tamen atque alterum hic animadvertimus, a clarissimo Clerico prave interpolatum. Versus ultimos primae ἴσως sic finxerat Grotius:

Παιδισκά-

Παιδισκάριον ψιθυριστικὸν, πίχιον λόγῳ
Ἀπάγαγ'· ἴσως τις δ' ἂρ' ἦν ἀντισοφή;

Haec, ut vera non esse ultro fatear, Senarii tamen sunt. At Vir Cl. sic dedit,

Παιδισκάριον ψιθυριστικὸν, ἐ λόγῳ
Ταχίον, ἀπάγαγ', ἵν' ἄλλῳ ἀντισοφῇ.

Atque addit, quasi ἐπιτήδειον, se *commodius & facilius* sic correxisse. Vestram fidem, quanti est sapere! Atqui hic, qui emendationis suae *commoditatem* praedicat, utrumque versum pessum dedit, & secum una exsibilandum exposuit.

CXXV.

(3) Ὢ τεὶς κακοδαίμων, ὅστις ἂν πένης γαμεῖ,
Καὶ παιδοποιεῖ· ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνὴρ, &c.
O ter infelix, quisquis pauper uxorem ducit,
Et liberos serit: quam vir ille est rationis expers. &c.

Versus, inquit Grotius, *hoc postulat, non quod vulgo* παιδιπιῦ. Ad quae verba adnotat Vir Cl. *Vere: quamvis Joan. Frid. Gronovius neget se hoc oraculum intelligere: nam* δοποιῦ *facit secundum pedem eumque anapaestum, nec dubitasset vir summus, si paullo magis attendisset.* Quorsum autem haec tam putida in re nullius momenti? nempe videri voluit in re metrica plus quam Gronovius scire. Et profecto Gronovius, vir alioquin egregie doctus & solertiae admirabilis, Senariorum rationem parum intelligebat, ut ex Plauto ejus & aliunde facile deprehendo; Noster vero ne hilum quidem intelligit. Totum vero hoc Nihil, de quo disceptatur, recte habet in editione Veneta & prima Gesneri;

Καὶ παιδοποιεῖ· ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνήρ.

CXXVI.

(8) Ἀεὶ τὸ λυπῶν, ἀποδίωκε τῦ βίυ,
Μικρόν π τ βίυ χ γενὸν ζῶμεν χρόνον.
Semper quod angit expelle e vita,
Exiguum vitae & arctum vivimus tempus.

Vide hic, ignorantia quid facit. Apud Stobaeum corrupte legebatur Ϝ βίυ: Grotius vero rectissime correxit atque edidit, Μικρόν π τὸ βίυ, & in Notis, *Versus*, inquit, *hoc postulat, non quod vulgo legebatur* Ϝ βίυ. Neque versus modo sed & sententia melior est, *Paullum quid vitae vivimus, & exiguo tempore.*

ere. Nimirum & tempus vitae breve eſt, & in ipſo illo tempore multum praeterlabitur, dum, ut verbis Ennii utar, *praeter propter vitam vivimus.* At Vir Cl. & notam Grotianam hic ſuppreſſit, & ſuum illud furtim injecit μικρὸν τὸ τῆς βίου: nempe voluit τὸ χρόνιον: quo & verſum & ſententiam jugulavit. Quo enim illud ἐ in tua lectione, Criticorum ocelle? quo illud & μικρὸν & πολύ? annon haec tautologia erit? cur autem τὸ & non πᾶν? apage tam lepidas emendationes.

ΠΡΟΕΓΚΑΛΩΝ. pag. 158.

CXXVII.

(2) Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων; ἦν φόβος,
Λύπη τε Φροντὶς, ἄδεὲς δ' ἐστὶν πέρας.
Quale eſt fuiſſe liberorum patrem? erat metus,
Moeror, & anxietas, nullus eſt autem finis.

Dormitabat hic Grotius, cum ſpondeum in ſyllaba ſecunda nobis concinnavit: neque Menandrum in his agnoſco, neque Grotium. Atqui haec verſuum gratia ſe ſic digeſſiſſe memora Vir magnus. Quippe apud Stobaeum ſic extat,

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων, ἦν λύπη
Φόβος, φροντὶς, πέρας ἄδηλόν ἐστι.

Exciderat nempe vox κακὸν; quo repoſito Senarii ſic exſurgent:

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων ἦν κακόν;
Λύπη, φόβος, φροντὶς, πέρας ἐστὶν ἄδηλον.

ΠΩΛΟΥΜΕΝΟΣ. pag. 160.

CXXVIII.

(1) Οὐ πανταχῇ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν,
Ἔνια δ' ἢ δεῖ συμβῆναι.
Non ſemper prudentiam adeſſe conſentaneum eſt,
Nonnulla etiam oportet caſu fieri.

Prior verſus apud Stobaeum extat, at locus integer apud Clementem. Poſterius tamen colon ſcabrum eſt, neque Menandreae elegantiae: interpolatum ſcilicet a Grotio, cum apud Clementem alio ordine legatur, τὰ δ' ἔνια δεῖ συμβῆναι. Sed conſulamus locum ipſum, ſi forte nos melius quiddam extundere valeamus. Agit ibi Clemens de locis Scriptorum, quae ab aliis mutuata ſunt & furto ſurrepta: ubi inter alia. τὰ Καλλίᾳ, inquit, τῷ Καρικῷ γεγράφηται, Μίξει μαινομένην φασὶ χεῖναι μαλακῆς

πάντας, ὁμοίως Μίνανδρος· ὁ Πολυμένους παρασιτίζων λέγων, Οὐ παντ' ἐχεῖ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν, καὶ συμβῆναι δ' ἔνια δεῖ. Hoc eſt, *Et Calliae Comico ſcribenti, cum inſanientibus ajunt inſanire omnes debere, paria ſcribit Menander in Polumenis, dicens, Non ubique prudentia ut adſit convenit, Nonnulla etiam caſu fieri oportet.* Ubi pro ultimis illis, in quibus nullum metri veſtigium eſt, hunc ſenarium de ſuo ſubſtituit eruditiſſimus Sylburgius,

Καὐ συμβῆναι δ' ἔνια κύρσαι δέον.

Nobis vel Grotianum illud longe prae hoc arridet: ſed uterque a ſententia auctoris toto caelo aberravit. Appello enim te, Vir Clariſſime, ecquid ſimile aut affine habet locus Menandri, ut nunc quidem fertur, cum loco Calliae? Quid *caſus* cum *inſania*? Quî igitur fieri potuit, ut hunc locum ex illo adumbratum & expreſſum eſſe Clemens tradiderit? *Non obtuſa adeo geſtabat pectora Clemens*; ut vel tu credo fateberis, etſi de Patribus Chriſtianis non nimis honorifice ſentire aut ſcribere ſoles. Ecce igitur tibi emendationem Menandri, a Clemente ipſo ſuppeditatam, adeoque certam & perſpicuam, ut ne Carneades quidem de illa dubitare potuiſſet:

Οὐ παντ' ἐχεῖ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν,
Καὶ συμμανῆναι δ' ἔνια δεῖ. ———
Non ubique & ſemper ſapientia convenit,
Etiam cum ſodalibus deſipere interdum oportet.

Jam opinor agnoſcis paria hoc facere cum loco Calliae, & eruditiſſimum Patrem ab omni ſuſpicione liberas. Quin & Calliae quoque verſum, quia jam ſub manu eſt, tibi expeditum reddam; ne forte, ſi ceterorum Comicorum Fragmenta ediderîs, Senarium nobis inde confingas. Repone igitur & diſtingue,

Μετὰ μαινομένων φασὶ χρῆναι μαίνεσθ' πάντας ὁμοίως.
Cum inſanientibus ajunt omnes debere pariter inſanire.

Illud ὁμοίως male disjunctum eſt in libris editis, & ad ſequentia ſine ſenſu traductum. Verſus autem eſt Anapaeſticus Ariſtophaneus. Illud φασὶν autem ad notiſſimum illud Σκολιὸν *canticum* reſpicit, quod Athenaeus ſervavit,

Σὺν μοὶ μαινομένῳ μαίνεο, σὺν σαόφρονι σαφρόνει.
Cum inſaniente me inſani, cum ſobrio eſto ſobrius.

ΠΑΠΙΖΟΜΕΝΗ. pag. 160.

CXXIX.

(3) ——— Α. Τἠμὸν θυγάτριον
Πάνυ γάρ ἐστι φιλάνθρωπον τῇ φύσει
Τὸ παιδάριον. Β. Σφόδρα.

——— Α.

——— A. mea filiola,
Valde enim humanae eſt indolis puella. B. valde.

In verbis Menandri, inquit Vir Clar. *diſtinxi perſonas*. Ita quidem, & etiam *extinxi*, inquito, omnem verſiculorum rationem. Cur autem non & illud adnotaſti, te ſeriem verborum invertiſſe? cur furtim & clanculum more peſſimo tua commenta in textum intrudis? Utique lectorem admonitum oportuit, ne forte poſthac Goralliana haec pro Menandreis (quod neſcio an cupias) ab ignaris citentur. Apud Clementem verbum intercidit; cetera ſaniſſima ſunt,

Τῶμῳ ἰυχάτειον· πάνυ γὰρ ἐν τῇ φύσει
——— φιλάνθρωπον τὸ παιδάριον σφόδρα.

In loco illo vacuo repone, Σίμων, vel Χρίμης, vel aliud quodvis nomen, metro conveniens: quod fortaſſe Clemens conſulto omiſit, ut ad ſuam rem nihil attinens, & ſententiam interſecans. Habe etiam tibi, & tecum aufer ineptam tuam *perſonarum diſtinctionem*. Quaſi vero πάνυ & σφόδρα (ideo enim perſonas induxiſti) non ſaepe una veniant apud Comicos, ἐνὸς παρίλκοντος; ut apud Terentium. *Quidem hercle certe.*

CXXX.

(5) ——— ὁ μυοχόδος γέρων λελῆθέναι
Σφόδρα οἰόμενος. ———
Vilis ſenex latere probe ſe putans.

Citat hic Vir Cl. editionem Suidae Cantabrigienſem: tamen ne omnia Doctiſſimo Kuſterò debere videretur, noluit ita verſus digerere, ut ille fecerat,

Ο μυοχόδος γέρων λελῆθέναι σφόδρα
Οἰόμενος. ———

At ſaltem curare debuit, ut vocalis in σφόδρα elideretur. Quid quod, etſi parum intereſt, Kuſteri ſeries eſt aliquanto numeroſior. Si immutare quid hic geſtiebat, & nodum in ſcirpo quaerere; ſic potius ad ſua cola redactum oportuit,

——— ὁ μυοχόδος γέρων
Λελῆθέναι σφόδρ' οἰόμενος. ———

ΣΑΜΙΑ. pag. 162.

CXXXI.

(1) ——— φέρε
Τἠμὸν λιβανωτόν· σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ τρύφα.

—— A —— adfer
Tus, tu vero impone ignem fruſto.

Ecce geminum facinus Viri Cl. Primum, quod ita verba diſpoſuit, ut Senarium confoderit; alterum, quod pro τροφῦ inceptam Nonnesii conjecturam in textum receperit. Mira vero, quae tam erudito palato placeant! Auferat vero illud *fruſtum* cum omnibus micis & ipſo pulviſculo; niſi nauſeam nobis excitare velit. Qui in Graecis aliquid ſapit, ſic potius reponet

Φέρε σὺ λιβανωτὸν· σὺ δ' ἐπίθες τὸ πῦρ, τροφή.
Affer tus: tu vero pone ignem, o nutrix.

Niſi forte mavis Τροφή mulieris eſſe nomen, ut Τροφεύς, Τρύφαινα, Τρυφῶσα.

ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ. pag. 164.

CXXXII.

(2) Ὁ πλέων κατίχθη; πολέμιος κρίνεται.
Ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν, ἀγγαρεύεται.
Navigans in portum defertur? hoſtis judicatur.
Si mollius cum eo agatur, onus ei imponitur.

Laudat hic Vir Cl. emendationem Kuſteri, qui ex MSS. repoſuit κατίχθη cum vulgata Suidae exemplaria haberent κατηνέχθη. Nihil hoc homine vidi infelicius. Laudat illud κατίχθη; verſum tamen ita interpolat, ut metro neceſſarium fiat κατηνέχθη. Verſiculus enim iſte, quam bellus Criticus nobis confinxit, ſyllabâ una deficit. Grotius quidem, qui κατηνέχθη legebat, verſus gratia ſubſtituebat πολέμιος κρίνει: Noſter, qui κατίχθη ex MSS. adſciverat, retinebat tamen Grotianum illud, verſu jam reclamante. Accipio equidem lectionem a MSS. petitam; ceterum tamen ſic conſtituo, ut & Kuſterus, & omnes Suidae editiones.

Ὁ πλέων κατίχθη; κρίνεται δ' ὥσπερ πολέμιος.

Ceterum de verſu poſteriore, fatetur ingenue doctiſſimus Kuſterus obſcurum eſſe eum, & parum ſibi intellectum: Noſter vero, cui nihil in nuce duri eſt, ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν interpretatur, *ſi mollius cum eo agatur*. Apage ineptias: perſuadeat hoc, ſi poterit, Graece peritis. Mihi hic ſenſus, quem daturus ſum, videtur commodiſſimus;

Ἐὰν δ' ἔχῃ τι μαλακὸν, ἀγγαρεύεται.
Siquid autem ſupellectilis habeat, ea a publicanis detinetur.

Μαλακὸν pro *ſupellectile*, *vaſis mobilibus* ſupra uſurpavit Menander in Perinthia num. 6. Heſychius: Ἀσκηθήσεται, ὑπ' ἀγγαρευ-

τῶν

πῶν κατίχεται. Videtur ad hunc ipsum locum respexisse. *Si quis*, inquit, *peregrinus in portum defertur, judicatur hostis; & supellex, si quam secum detulit, fisco damnatur.*

ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙ. pag. 166.

CXXXIII.

(1) ——— ἐγὼ μὲν δεικνύω
Ἐσπουδακώς· οἱ δ' πάλιν ἐμυκτήρισαν.
——— ego quidem ostendo
Serio: illi vero iterum me irriserunt.

Ex longiore Fragmento apud Plutarchum, unum modo hic versum attuli, ut Viri Cl. σφάλμα ostenderem. Ille enim ἐμυκτήρισαν dedit; cum editio Aldi Stephanique & aliae, opinor, omnes recte habeant, ἐπεμυκτήρισαν. Quid? anne hostis juratus est omnium Senariorum? ut, qui vel a Typographiae primordiis sani ferebantur, eos quasi dedita opera membris suis truncet & debilitet?

CXXXIV.

(4) ——— ἐμὲ,
Νικόμαχε, πρὸς τ' φραπώτην τάξατε. &c.
——— me,
Nicomache, contra militem collocate. &c.

Etiam hunc ex eodem Plutarcho Senarium misere laceravit Vir Cl. & Pentheï instar abscisо capite projecit. Tu sic restitue membra disjecta;

Ἐμὲ, Νικόμαχε, πρὸς τ' φραπώτην τάξατε.

ΣΥΝΕΡΙΘΟΙ. pag. 170.

CXXXV.

(1) ——— ὅτι ἀγαθὸν γάμον
Καὶ μόνος ὁ θεὸς δίδωσιν, ἡ δ' ἡρῶες
Κεἰς τοῦτο δύναν', ἀλλ' ἀποπλήκτους ποιεῖν
Δύναν' ἔμ', ἡ κέκτηνται δὲ τ' ὠφελές.
——— quia bonas nuptias
Vel solus genius dat, sed heroes nequaquam
In hoc etiam pollent, verum attonitos reddere
Possunt quidem, at non habent quod juvet.

Inver-

Inverti, inquit Vir Cl. *nonnihil voces, verſus cauſa.* Itane vero, & *verſus cauſſa*? Profecto, niſi hoc indicaſſet ipſe, nemo umquam id divinare potuiſſet: nam in his ne veſtigium quidem verſus eſt. Sed ſic ſolent magni promiſſores. Verba Scholiaſtae, quae oratione proſa ſcripta ſunt, in notis adduxit Vir Clar. quae ſic emendanda cenſeo: *Ὅτι ἀγαθὸν ἔπους μόνῳ ὁ θεὸς δίδωσιν, ἀδ' ἥρωές τι εἰς τοῦτο δύναν'· ἀλλ' ἀπαλλάκτους μὲ ποιῶ δύνανται, τὸ δ' ἐπωφελὲς ἐ κέκτηνται. Bonum occurſum ſolus dat Deus, neque Heroes quidquam ad hoc valent: ſed attonitos quidem homines reddere poſſunt, opem unde cuiquam ferant, non habent.*

ΣΥΝΕΡΩΣΗ pag. 172.

CXXXVI.

(2) Ἄφες τ' ἄνθρωπον, τί κόπτεις, ὦ μέλεε.

Dimitte hominem: quid illum feris, o miſer.

Hoc ex Suida hauſit Vir Cl. ſed a magiſtro ſuo Kuſtero deſtitutus (qui in longo opere, ut par eſt, dormitans, neglexerat emendare) antiquum obtinet, ut ſuo more verſum trucidet. Certe ſi ullum numerorum ſenſum habuiſſet, utique animadvertiſſet *ὦ μέλε* dicendum hic eſſe, non *ὦ μέλεε*. Quid autem numeros dico? ſi vel primis labris Graecam Comoediam attigiſſet, non potuiſſet ignorare, quod centies apud Ariſtophanem occurrit; cujus auctoritatem & Suidas hoc in loco advocat, & ex eo Vir Cl. in Notis. Ecce igitur ex Nubibus,

Ἀλλ', ὦ μέλ', ἐξέλικτος ἐμοί γ' οὐ τῶν ἐμῶν.

ex Equitibus.

Νυνὶ σφὲ σπουδῶν; ἐπειδή γ', ὦ μέλε

ex Concionatricibus.

Οὐκ ἔστ' ἄρ', ὦ μέλ', ἥδιον δεινὴ κοὐ σοφή.

Quid? an & in his locis *τελεσύλλαβον* ponendum eſſe contendet? dignum quidem hoc fuerit tam eximia rei Metricae ſcientia.

ΤΙΤΘΗ pag. 174.

CXXXVII.

(1) Ἢν ἄν τις ὑμῶν παιδίον γ' ἠτήσατ', ἢ
Κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύθαλοι.
Si quis veſtrûm puellum petierit, aut
Commodaverit, viri dulciſſimi.

Iterum, quia Kuſterus ei non praeiverat, inconcinne prorſus

ſus verba Menandri in verſus ſuos digeſſit Vir Clar. Tu ſic, ſi ſapis, repone,

——— ἤν τις ὑμῶν παιδίον
Ἠτήσατ', ἢ κάχρησεν, ἄνδρες γλυκύπαθοι.

Atque habeat ſibi Vir Cl. illud γ', quod ad verſum fulciendum de ſuo ſubſtituit.

ΤΡΟΦΩΝΙΟΣ. pag. 174.

CXXXIII.

(1) Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γδ', ὦ Λάχη,
Ἄριστον ἐπιτήδευμα κεῖνω ζ βίῳ.
Diſcere enim, o Laches, nihil injuſte facere,
Elegantem apparatum exiſtimo eſſe ad vitam.

Caſu, ni fallor, non conſilio, ζ βίῳ edidit Grotius: cum apud Stobaeum elegantius legatur,

Ἄριστον ἐπιτήδευμα κεῖνο τῷ βίῳ.

Si hoc apud Stobaeum non vidit Vir Cl. ignaviae reus eſt; ſi vidit, inſcitiae.

CXXXIX.

(3) Ξένε τὸ δεῖπνον &c.

In longa illa ex Athenaeo ῥήσει paucula nobis emendanda ſunt quae viris ſummis Caſaubono Grotioque minus feliciter ceciderunt. Verſu quarto,

Ἐν σφυρίοις ἰχθυδίοις πθραμμοίνα.

quem uterque intactum reliquit, repone propter metrum (ἰχθύδιον enim ſecundam corripit)

Ἐν σφυρίδιοισιν ἰχθυδίοις πθραμμοίνα.

& verſu quinto,

Καὶ παγδαπεῖς, τοῖς ἁλμίοις μὲ ὁ πάνυ
Ἁλίσκετ'.

iterum repone,

Καὶ παγδαπεῖσι, τοῖς ἁλίμοις μὲ ὁ πάνυ.

nam ἅλιμος eſt *marinus*, ἅλμιος ne Graecum quidem. Verſibus denique 8, 9, 10.

Μᾶλλον σφοδρύξατ'· εἰ δ' ἦ τις τύραννον
Ἀρκαδικὸς ἤρχεν, ἢ τις ἀθάλασσος ξένος
Τοῖς ἐκ θαλάσσης λοπαδίοις ἁλίσκετο.

multa hic a Grotio inferta & interpolata ſunt; Caſaubonus quoque alio modo ſupplere locum conatus eſt: nam apud Athenaeum ſic habetur,

Μάλλον

Μᾶλλον προσδέξατ'· εἰ δ' τις ἔρχεται
Ἀρκαδικὸς τέναντίον
Ἀθίλαστος· ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται.

Nos levi opera, rejectis tantummodo illis, εἰ δ' τις ἔρχεται, quae & ſupervacua plane ſunt, & verſum ſententiamque fruſtra onerant, ſic locum ſanum exhibemus:

Μᾶλλον προσδέξατ'· Ἀρκαδικὸς τέναντίον
Ἀθίλαστος· ἐν τοῖς λοπαδίοις ἁλίσκεται.

Hoſpites, inquit, *inſulares, domi piſcibus veſcentes, marinum victum faſtidient: Arcadicus contra hoſpes, longe a mari degens, in patellis capietur.* Λοπάδια enim ſunt patellae piſcibus elixandis aptae.

ΥΔΡΙΑ. pag. 178.

CXL.

(2) Γέροντα δυσχώνητα, τῆ αὑτῆ κακῶν
Ἐπαγόμενον λήθην, ἀναμνήσας πάλιν,
Ἐπὶ τ' ἀτυχεῖν ἤγειρας.
Seni infelici, ſuorum malorum
Inducenti oblivionem, dum memoriam revocas;
Ad infelicitatem eum excitaſti.

Haec quidem ſat bene ſe habent: legendum tamen ex ipſo Stobaeo ——— ἀνέμνησας πάλιν,
Ἐπὶ τοιαύτῃ τ' ἤγειρας. ———
——— *memoriam revocaſti,*
Et ad infelicitatem excitaſti.
Ita prorſus Stobaeus; niſi quod pro ἐπὶ habeat ἐπεί.

CXLI.

(3) ——— οἱ δὲ καθ' χειρῶν λαβόντες
Πεμένουσι φίλτατοι.
Illi vero, poſtquam manibus acceperunt *aquam*,
Exſpectant amiciſſimi.

O ſi Menander cum lepidis tuis Senariis in Scenam prodiiſſet, quantis ſibilis & κλωγμοῖς exceptus & exactus eſſet. Miſeret profecto me tui, qui voce λαβόντες Jambum claudi poſſe exiſtimas: ut de ceteris taceam. Si ulla muſicae aura tuas aures perſonuiſſet, continuo hic Trochaïcum agnoviſſes,

Οἱ δ' καθ' χειρῶν λαβόντες πεμένουσι φίλτατοι.

CXLII. (4)

CXLII.

(4) —— παρουσίαν, ἡ μήποτε
Ἡ περὶ τὸ περιοὺσις παρέλκει.
—— παρουσίαν, nec umquam
Praepositio περὶ τὸ abundat.

Cum Vir Cl. tam bello emblemate opus ſuum decoraſſet, addit tamen in adnotatione, *ſed dubito an haec verba ſint Menandri, an vero Grammatici Heſychii.* At vel *dubitaſſe*, mi homo, tam inſigne ἀπειρίας & imperitiae ſpecimen eſt, ut praeterquam in tuo hoc libro par nuſquam viderim. Verba Heſychii ſunt. Παρουσία· ὅτι ἐκάλουν τὰ περιόντα παρουσίαν. Καὶ οὕτω ἡ περὶ περιουσία παρέλκει. Μένανδρος Ὑδρίᾳ: hoc eſt, *Praeſtius appellabant Bona, opes: & fortaſſe praepoſitio illa* περὶ *redundat. Menander in Hydria.* Cum dicit *redundare*, intelligit παρουσίαν idem eſſe ac οὐσίαν: nam & οὐσία *Bona* ſignificat. Annon haec Grammatici verba ſunt dictionem interpretantis? Qui ſerio *dubitare* poterit, an haec ſint Menandri, utique de ipſius judicio & acumine dubitare nos non ſinit. Adde huc, quod illa ἡ οὕτω & *fortaſſe* ineptiſſime verteris *Nec unquam*: adde, quod ipſos verſiculos, quos Poëtae donaſti, vitiolos, elumbes finxeris; & incredibilis pene erit in tam paucis verbis ἀβλαφία.

CXLIII.

(5) Εὐθὺς καθ' ἁρπάσαθαι τ' ἀνορωρυγμένον,
Ταύτην ἰδοῦσα.
Statim interfeciſſe effoſſum illum,
Cum hanc vidiſſet.

Recte quidem Vir Cl. quod apud Suidam legitur καθαρπάσαι, mutavit in καθαρπάσαι. Verum, cum quorſum haec pertineant *negat poſſe intelligi*, in eo ſagacitatem ejus deſidero. Non eſt opus Delio natatore, ad hanc ſententiam eruendam. Tollē modo illud *interfeciſſe*, & ſic verte,

Statim prodegiſſe effoſſum illum theſaurum,
Simul ac hanc meretricem *vidit.*

ΥΠΟΒΟΛΙΜΑΙΟΣ pag. 180.

CXLIV.

(1) Παύσασθε νῦν ἔχοντες· ἡδὺν γὰρ πλέον
Ἄνθρωπος οὐδὲν ἐστιν, ἀλλ' ὁ δ' Τύχης &c.

Desinite ingenio pollere; nihil enim amplius Humanum ingenium est, sed Fortunae, &c.

Ita quidem apud Stobaeum extat; sed aut fallor, aut hic quoque pro titulo Fabulae, est aliquid ὑποβολιμαῖον & *suppositium*. Qualis enim sententia? *Desinite mentem habere: nam mens humana nihil est.* Certe si ipsa mens *nihil* est, quorsum *desinere* habet, qui nunquam habere *inceperint*? Repone levi ac certa mutatione,

Παύσασθε Νῦν αὐχοῦντες. ———

Desinite de Mente gloriari.

versu autem quarto,

Τῦτ' ἔστι πάντα τὴν κυβερνῶν Θ' φρίφον.

Ita Grotius: sed Stobaeus,

Τῦτ' ἔστι τὸ κυβερνῶν τὴν φρίφον.

lege, Τῦτ' ἔστι τὸ κυβερνῶν ἅπαντα Θ' φρίφον.

In Grotiana correctione male deest articulus τὸ. mox versibus 6. & 7. ——— ἡ σοφίσται δ' ἡ θνητὴ καπνὸς,

Καὶ φλήναφος· πείθεσθε κ' ὃ μέμψεσθέ μοι.

Ἅπαντα δ' ὅσα νοῦμεν ἤγουν πραττόμεθα,

Τύχη 'στιν.

revocanda est Stobaei lectio, πείθητε pro Grotiana πείθεσθε. Illud vero ἤγουν, a Grotio intrusum, pro scabioso & foetido furcis expellendum est. Stobaeus sic habet, Ἅπαντ' ὅσα πρᾶττομεν, ἢ γίγνεται, ἢ πραττόμεθα. Enimvero caecus sit oportet, qui doctissimi Canteri emendationem non amplectatur,

——— πείθητε, κὐ μέμψεσθέ μοι·

Πάντ' ὅσα νοῦμεν, ἢ λέγομεν, ἢ πραττόμεθα,

Τύχη 'στιν.

versibus autem postremis,

Τύχη κυβερνᾷ πάντα· ταύτην χ' φρένας

Δεῖ, χ' σοφίσεσθαι τὴν Θεὸν καλεῖν μόνην.

Εἰ μή τις ἄλλως ὀνόμασιν χαίρει κενοῖς.

Fortuna regit omnia: hanc & ingenium

Et prudentiam oportet solam Deam vocare:

Nisi quis nominibus frustra delectetur.

Restitue & ex vi sententiae, & ex Graeci sermonis indole,

——— ταύτην χ' φρένας

Δεῖ, χ' σοφίσεσθαι τὴν Θεᾶν καλεῖν μόνην.

& verte, ——— *hanc Fortunam solam oportet*

Et Mentem & Providentiam Deorum appellare.

CXLV.

(2) Αλλ' ἔστι χ' ταὐτόμαλον ἐνίοτε χρήσιμον.

Verum etiam est Sors aliquando utilis.

In

In ſenario hoc ſyllaba una redundat; etſi & apud Stobaeum ſic feratur. Corrige,

Αλλ' ἔστι καὶ παντάπασιν ἴδιον ὅτι χρήσιμον

——— *interdum utilis.*

CXLVI.

(5) ——— τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ
Καὶ δυσγένειαν καὶ τρόπων πονηρίαν,
Καὶ πᾶσιν οἷς ἔχ᾽ ἄνθρωπος κακοῖς
Τὸ πολλὰ κεκτῆσθαι. Τὰ δ᾽ ἄλλ᾽ ἐλέγχεται.

——— hoc ſolum tegit
Et ignobilitatem, & morum nequitiam,
Et omnia mala, quae quivis habet,
Multa poſſidere. Reliqua vero arguuntur.

Craſſiſſimus hic Soloeciſmus eſt; quem ne Viro Clar. exprobrare cupiam, prohibent Geſnerus Grotiuſque, qui ſimiliter hic lapſi ſunt. Vide enim iſta, ἐπισκοτεῖ δυσγένειαν, καὶ πονηρίαν, ἐν πᾶσι κακοῖς. Sine dubio reſcribendum,

——— τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ
Καὶ δυσγενείᾳ, ἐν τρόπων πονηρίᾳ,
Καὶ πᾶσιν &c.

Porro ultima illa ſic vertenda erant; *alioqui* (ſine divitiis) *redarguuntur & deteguntur ignobilitas, nequitia* &c.

CLXVII.

(7) ——— τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
Τὰ σεμνὰ ταῦτ᾽ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχύ,
Τὸν ἥλιον τ᾽ κοινὸν ἀφέρ᾽, ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ· ταὐτά, κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσεται,
Ὄψει παρόντα, κἂν σεαυτὸν σοφὸν ὀλίγους.
Σεμνότερα τούτων ἕτερα οὐκ ὄψει ποτέ.
Παίγνιον νόμισόν τιν᾽ εἶναι τ᾽ χρόνον,
Ὃν φημὶ, τοῦτον, καὶπιδημίαν βροτῶν.
Ὄχλος, ἀγορά, κλέπται, κυβεῖαι, ἁρπαγαί.
Ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς, καταλύσεις σὺ βέλτιον,
Εφόδι᾽ ἔχων ἀπῆλθες, ἐχθρὸς οὐδενί,

Ὁ περιπαλείσων ἢ κοπιάσας ἀπώλεσε.
Καλῶς τε γηρῶν, σιδήρᾳ τε γλίσχρᾳ,
Ῥεμβόμενος ἐχθρὰς εὗρ', ἐπεβουλεύθη πόθεν.
Οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθεν ἐλθὼν εἰς χρόνον.

——Hunc beatiſſimum ajo,
Quicumque ſine maerore, Parmeno, contemplatus
Pulchra haec, quam primum abiit unde venit,
Solem commune aſtrum, aquam, nubes,
Ignem. Eadem, ſive centum annos victurus eſſet,
Videbit praeſentia, ſive annos perpaucos vivat.
Pulchriora hiſce alia numquam videbit:
Mercatum putato quendam eſſe tempus
Hoc quod dico, & peregrinationem mortalium.
Turba, forum, fures, aleae, morae.
Si prius abieris, melius tu divertes.
Abiveris viatico inſtructus, inviſus nemini.
Qui diutius moratur, poſtquam laborem pertulit, perit.
Et male ſeneſcens, cujuſpiam rei indigus fit.
Vagatus hoſtes invenit, unde inſidiae eae poſitae erant.
Non felici morte deceſſit, qui ad tempus *longum* pervenit.

Egregium hoc & longe elegantiſſimum Menandri fragmentum ex Grotii emendatione hic exhibet Vir Clariſſimus: ubi cum ſemel iterumque Vir magnus exciderit, non ingratum fore lectori ſperamus, ſi extemporali opera noſtra lucem & veritatem huic inſigni loco reſtituamus. Verſu quarto ſine dubio legendum eſt,

Τὸν ἥλιον τ' κοινὸν, ἄστρ', ὕδωρ, νέφη.
Solem illum communem, ſidera, aquam, nubes.

Sol communis & Graecis & Latinis ſaepe dicitur. Vide hic Menandrum in incertis num. 217. *Sidera* vero quam eleganter nunc appareant, & quam inconcinne in vulgata Scriptura omittantur, quid attinet dicere? Neque opus eſt, ut addam, verſum quoque hoc modo numeroſiorem eſſe. Verſu quinto Soloecismus eſt plane erubeſcendus, κἂν βιώσῃ, ὄψει; quod omnes interpretati ſunt, *ſi vixerit, videbit.* Atqui, o boni, ὄψει eſt *videbis,*

ἰς, non *videbit*; hoc enim ὄψει esse vel in primis Grammaticae elementis docemur. Apud Stobaeum sic extat,

Πῶς· πῶς ἄν τις ἐκατὸν βιώσειεν,
Ὄψει παρόντ' ἂν καὶ τριακοντούς σφόδρ' ὀλίγους,
Σημαίνομεν γὰρ ἔτερα ἔτερα ὧν ὄψει πατέ.

Ubi sic legendum:

Πῶς· πῶς, ἔτη εἰ καὶ ἐκατὸν βιῷ τις ὅδε,
Ὄψει παρόντ' ἂν καὶ τριακοντούς σφόδρ' ὀλίγους,
Σημαίνομεν γὰρ ἄλλ' ὧν ὄψει πατέ.
Haec, etiamsi annos centum te vivere oporteret,
Praesentia videbis. ——

Sic ipse Menander infra in incertis num. 169. ὃς βιῶναι χαίρ' ἐῶ λέγειν. Versu autem septimo ἄπειρα substituimus Attice pro ἄπερα, ut fulciremus metrum labascens. Versus 8, 9, 10. sic feruntur apud Stobaeum,

Πανήγυριν τιμᾶσθαι τὸ λοιπὸν τὸ ζῆν
Ὃν φημι τοῦτον ἐπιδημίαν ἀνθρώπου·
Ὄχλον, ἀγορὰς, κλοπὰς, κυβείας, διατριβάς.

Ubi pro ἐπιδημίαν ἀνθρώπου Grotius, *ut versui consuleret*, sic κατοικημίαν βραχεῖαν reposuisse narrat. Sed nimium a recepta scriptura recedit Vir magnus. Nos, vel primo oculorum conjectu, certissimam, ni valde fallor, & quantivis pretii emendationem vidimus; memineramus enim in Codicibus scriptis ἄνθρωπος, ἀνθρώπου, &c. ubique fere scribi compendiose ανος. Sic igitur haec legenda sunt,

Πανήγυριν τιμᾶσθ' τὸ λοιπὸν τὸ ζῆν,
Ὃν φημι, τοῦτον, τὴν ἐπιδημίαν ἄνω,
Ὄχλον, ἀγορὰς, κλοπὰς, κυβείας, διατριβάς.
Panegyrim quandam puta esse hoc tempus
Quod dico, peregrinationem hanc supra;
Turbam, forum, fures, aleae lusus, occupationes.

Argutissime hanc vitam dixit τὴν ἄνω ἐπιδημίαν; aliunde enim huc venimus, & eo demum remigramus. Ita Aristophanes in Ranis *viventes* appellat τοὺς ἄνω τοπαῖς, *eos qui supra sunt mortuos*. Ceterum in versu ultimo Ὄχλον, &c. nominativos in accusativos mutavimus: alioquin iterum in Soloecismum incidissemus. Διατριβὰς vero *occupationes* verte; nam inepte prorsus *moras* interpretatus est Vir Cl. Versus undecimus sic apud Stobaeum extat,

Ἂν σχῶν τις ἀπίλθῃς, καλλύσεις βιλλίονα.

Unde Grotius ex Salmasii, ut ait, correctione sic effinxit,

Ἂν σχῶν τις ἀπίλθῃς, καλλύσεις σὺ βιλλίον.

Atqui hoc ne versus quidem est; cum καλλύσεις tertiam producit. Oportebat, ordine inverso, fecisse,

—— σὺ καλλύσεις βιλλίον.

Sed,

Sed, quia iterum habemus ἀπῆλθες verſu ſequente, legerim potius,

Ἂν πρῶτ' ἐξέλθῃς, καθελόσεις βίλλιον.

Mox verſu decimo tertio & Stobaeus & Grotius,

Ὁ σφοδρὰ τελέων ἢ, κοπιάσας ἀπόλεσε.

Quo nihil vidi inquinatius; nam neque verſus neque ſententia conſtat. Ἀπόλεσεν interpretantur *periit*: pereant itaque, qui me puerum docuerunt ἀπόλεσεν eſſe *perdidit*; non *periit*, quod eſt ἀπώλετο vel ἀπόλωλεν. Haeccine tam eximiis viris excidiſſe? Repone ocius,

Ὁ σφοδρὰ τελέων ἢ, κοπιάσας ἀπέλασε.

Qui diutius moratur, delaſſatus abſceſſit.

Ἀπέλασε ſignificatione Neutra ab ἀπελαύνω. Verſus decimum quintum & ſextum male vertit Vir Cl.

Κακῶς τι γηρᾷν, εὐδιὴς τις γίνεται
Ῥαμβόμβρῳ· ἰχθῦς εὗρ', ἐπουλιάθη ποθὲν,
Οὐκ εὐθύνατ'· ἀπῆλθεν, ἦλθεν εἰς χέρνιβον.

ubi ποθὲν eſt *alicunde*; & perperam Vir Clar. clanculum ſuppoſuit πόθεν, & deinde vertit *unde*. Πόθεν enim non eſt *unde*, niſi in interrogatione: in ſenſu, ut hic, relativo dicunt ὅθεν.

CXLVIII.

(5) Τὸν ἄμπτα χαίροις πυ εἰ ἔπεπλόν τινα.
Gaviſus eſſes, ſi quam placentam coxiſſent.

Hoc ex Caſauboni conjectura poſuit Vir Cl. ſed verſus laborat. Scripſit opinor Caſaubonus, καὶ εἰ ἔπεπλόν τινα: ſed typographi errarunt. Sed & ſic quoque verſus eſt inficetus & ſordidus. Scriptura apud Athenaeum ſic habet. Τὸν ἄμπτα χαιρίαν καῖς ἐς πέπλον, πνά. Ex his corruptiſſimis hoc nos extundimus; quod, ſi aliud nihil, verſiculus ſaltem eſt;

Τὸν ἄμπτα χαίρεις πυ καλῶς πέπλων πνά.

Gaudes, cum placentam aliquam recte coquis.

CXLIX.

(10) —— Μικρὰ Παναθήναι', ἐπεὶ
Πέμπονλες ὗτοι δ' ἀγορᾶς ἐμοχίων,
Μήτηρ ἐώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρμαλος.

—— Erant parva Panathenaea, cum Pompam ducentes hi per forum vitulabantur, Mater puellae ſpectabat in curru.

Deſeruit hic Vir Clariſſ. Ludolphum Kuſterum, quo alias apud

apud Suidam magiſtro uti ſolet. *Secutus ſum*, inquit, *ad ſuos numeros haec revocantem Joſephum Scaligerum ad Varronem lib.* VI. Et verſibus quidem numeri ſui optime conſtant: nemo enim in arte Metrica Scaligero peritior. Sed ut de emendatione viri magni recte cognoſcamus, verba Suidae ſunt prius deſcribenda. Sic ergo ille: Πίμπειν, τὸ πομπεύειν. Μίναν θ'· Ὑπολιμπάνη ἢ Ἀχοίχῃ. Μικρὰ Παναθήναια ἐπὶ δ' ἀγορᾶς πίμπουσ' ἰμοχίων, μήτηρ ἰδοῦσα τὰ κόρης ἐφ' ἅρμασιν. Ubi animadvertere eſt, & verba invertiſſe Scaligerum, & quod crucem omnibus figit ἰμοχίων retinuiſſe. Quid autem, obſecro, eſt ἰμοχίων? *vitulabantur*, inquit Scaliger; nam ut Latini a vitulo *vitulari*, hoc eſt, *gaudere*, *exſultare* dicebant, ita Graeci λὰπὸ μόχυ μοχιᾶν eadem ſignificatione. Atqui utrumque hoc falſiſſimum eſt: neque enim Latini a *vitulo* deducebant *vitulor* (etſi Feſtus id affirmat) cum illud ſyllabam primam corripiat, hoc producat: ſed a *vita* ſive *vitula*, ut recte docent Varro, Nonius, & Macrobius. Neque vero a voce μόχυ Graeci derivant illud μοχιᾶν *vitulari*: immo vero non omnino agnoſcunt id vocabulum, quod ex hac ſola Scaligeri conjectura originem ſuam ducit. Cedo enim vel unicum locum ex ullo ſeu auctore ſeu lexicographo, & herbam porrigemus. Μοχιόω quidem habent Graeci, ſed & id ſenſu longe diverſo, λὰπὸ δ μόχυ *ſurculo*, *ſtolone*, non *vitulo*. Bellam igitur emendationem ſecutus eſt Vir Clar. quae id, quod ſolum difficultatis quid habuit, incorrectum reliquit; quaeque κακὸν κακῷ ἰαπμόνη vocabulum pravum male explicando pejus fecit. Videamus igitur, quid eruditiſſimus Kuſterus ad hunc locum afferat: *Fragmentum*, inquit, *hoc Menandri corruptum eſt, quod ſic emendandum & numeris ſuis reſtituendum eſſe optime me monuit vir* πολυμαθέστατος RICHARDUS BENTLEIUS:

Μικρὰ Παναθήναι' ἐπειδὴ δ' ἀγορᾶς πίμπουσά σε,
Μοχίων, μήτηρ ἰδοῦσα τὰ κόρης ἐφ' ἅρμασιν.

quam lectionem in verſione ſecutus ſum;

Poſtquam minorum Panathenaeorum pompam ducentem per forum
Te, o Moſchion, vidit puellae mater in curru.

Egregia ſane haec conjectura eſt celeberrimi illius Britanni, cujus emendationes ad Callimachum & Malelam olim, nuper autem ad Ciceronis Tuſculanas ſumma cum voluptate & fructu legi: indolui tamen virum mihi ſemper colendum Jac. Gronovium tam acerbe ab eo acceptum eſſe. Sententia enim apta & concinna eſt; verba ad receptam ſcripturam adeo proxima, ut nihil magis. Pro ἐπεὶ ſubſtitutum eſt ἐπιδὴ: quam facile autem δὴ a ſequente ſyllaba δ' abſorberi potuit? tum pro πίμπης ἰμοχίων, unius literulae mutatione πίμπουσά σε, Μοχίων,

Quid

Quid potè veri ſimilius? Moſchion enim notiſſimum viri nomen eſt. Equidem viro acutiſſimo lubens accedo, neque novae emendationis periculum hic faciam. Miror magis, quid mentis Cl. Clerico fuerit; qui, cum hanc videret apud Kuſterum ſuum, Scaligeranae illi poſtpoſuerit. Quid eſt, ſi hoc non eſt, inventis frugibus βαλανηφαγεῖν? Sed videor videre, cur a Kuſtero hic diſceſſerit. Credebat (& vere opinor) Scaligeranam illam Kuſterum latuiſſe; & ſuſpicatus eſt eum, ſi forte vidiſſet, huic illam fuiſſe praepoſiturum. Rectene divinavi? atqui, o bone, Kuſterum, qui tibi vicinus eſt, interroga; & mirabor, ſi in tuas partes concedat. Aliud quoque in cauſſa forte erat, cur Scaligeri numeros ſecutus ſit Vir Clariſſimus:

τίνος μᾶλ, ἢ ἐπὶ τοῦ ἐρίου; κἀγὼ δὲ μοὶ δοκῶ.

Kuſterus *locum numeris ſuis reſtitutum* dixiſſe contentus, quinam illi numeri fuerint, minime dixerat. Vir vero Clar. ad digitos ſuos quaſi Senarios exigens, & poſt ſex pedes diſyllabos immanem caudam trahi animadvertens, non auſus eſt verſus tam praelongos pro Senariis admittere. O factum male, quod Kuſterus non *Trochaicos* nominaverit: his enim indicatis, quorum vix nomen quidem audiviſſe videtur Clericus, fidem ei fortaſſis ultro habuiſſet.

ΦΑΝΟΣ pag. 188.

CL.

(1.) ——— Τπελήλυθέ
Δέ μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα.
——— ſubiit
Torpedo totam cutem meam.

Quid prius hic redarguam? quid poſterius? Lepidum ſane poëtam, qui à particula δὲ verſum inchoet: eundem tamen Noſter & uno pede claudicantem fecit. Illud vero quam ingenioſe, *Torpedo piſcis ſubiit totam cutem*: cum & Athenaeus & ſententia ipſa indicet pro *torpore* hic ſive *ſtupore*, ut paſſim, accipi. Quid tuam cutem & cerebrum adeo ſubiit, cum ita verteres? Utique ſi *torpedo* totam hominis cutem ſubierit, tota ei pellis ut olim Marſyae detrahetur. Verba Athenaei ſic habent. Νάρκα Μένανδρος δὲ τὸ φαινῷ λέγ' ἅπερ. Τπελήλυθε δέ μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα, μηδενὸς τῶν παλαιῶν οὕτω καταχρησαμένου: hoc eſt, *Menander non νάρκη, ſed νάρκᾳ per ᾱ dixit; cum nemo alius ex veteribus ſic uſurpaverit.* Eadem habes apud Euſtathium ex hoc loco petita. Patere nunc me docere te aliquid, quod tuo Marte fortaſſe non eruiſſes. Ex his Athenaei colligo Menandrum dixiſſe

dixiſſe νάρκη poſteriore ſyllaba brevi: non enim Dorice α longa uſurpavit Menander: cave hoc ſuſpiceris: inde ergo compertum habeo, ex lege metri hoc Athenaeo innotuiſſe. Videamus, an ſic digeri poſſint, ut ſyllabae illius brevitas compareat: id vero facillime fit.

——— ὑπιλήλυθέ μου νάρκη τις.
Ὅλον τὸ δέρμα. ———

Videſne, Vir Cl. quanti ſit numerorum rationem ſcire? Id quod jam rurſus experiar in verſu Platonis Comici, qui locum hunc Menandri apud Athenaeum proxime antecedit, & de *torpedine tua* agit;

Νάρκη γ', ἔφη, βρῶμα χαρίεν γίνῃ).

Hunc quia claudicare animadverto, ex lege metri ſic emendandum eſſe continuo video,

Νάρκη γ' ἑφθὴ βρῶμα χαρίεν γίνῃ).
Nam torpedo elixa jucundus cibus eſt.

Hanc tibi equidem edendam ſuadeo, ſiquando piſces trucidare cupis; ut intus potius quam extrinſecus *cutem tuam ſubire* poſſit.

ΦΑΣΜΑ. pag. 188.

CLI.

(1) ———ἐπισημαίνει
Αν ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη.
———ſignificat,
An apparatus mundus ſit & varius.

Vir Cl. qui ſupra in Ὑδρία num. 4. Heſychii verba compertiſſima, ſubdubitans quidem, Menandro adſcripſerat, nunc vice verſa certiſſimum Poëtae fragmentum ab auctore abjudicat, & Athenaeo impertit. *Non*, inquit, *tam verba Poetae haec videntur, quam Athenaei.* Ita hominem, quoquo veſtigia movet, infelicitas ſubſequitur. Sine dubio haec Menandrea ſunt; modo ad numeros ſuos redigantur, non gibboſa, ut hic dedit, & diſtorta prodeant. Pro ἐπισημαίνει, quod furtim hic interpolavit, Athenaeus habet Μένανδρος ἐν Φάσματι ἐπισημαίνειν ἂν ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη. Unde, ne litera quidem mutata, cum αι & ε in ſcriptis codicibus paſſim altera alterius locum occupent, ſic eſt reponendum,

———ἐπισημαίνειν', ἐὰν
Ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη.

Signum mihi date, ſi apparatus, &c. Coquus hic diſcipulis ſuis pro imperio præcipit.

ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΣ. pag. 190.

CLII.

(3) ——Ὡς᾽ ἐγὼ
Ἀνειλόμην πᾶ σαυνίῳ πεπληγμένος.
——Itaque ego
Ferme moriebar, ſaunio percuſſus.

In tam brevi fragmento iterum tertiumque peccavit Vir Clar. Apud Pollucem verba ſaniſſima ſunt, & Trochaïcum verſum faciunt, hoc modo:

Ὡς᾽ ἔγωγ᾽ ἂν εἱλόμην πᾶ σαυνίῳ πεπληγμένος.
Ut equidem maluiſſem jaculo vulneratus,——

Manca eſt ſententia; neque ſcire datur quid *maluiſſet* πᾶσιν ἢ παθεῖν *facere aut pati:* id in verſu ſequente continebatur. At Vir Cl. principio ἐγὼ dedit clanculum pro ἔγωγ᾽: quia cum nihil praeter Senarios ſomniaret, illud viſum eſt concinnius. Deinde pro ἂν εἱλόμην, ut apud Pollucem fertur, una voce edidit ἀνειλόμην: eamque inſigni flagitio paſſiva ſignificatione pro *occiſus ſum* accepit. Atqui, O Vir egregie, ἀναιρέθην id Graece dicitur, nunquam ἀνειλόμην. Poſtremo ſententiam quantivis ſane pretii Menandro ſuo affinxit: Graeca enim ut a Viro Cl. accepta ſunt, ſic Latine efferenda erant:

Itaque ego occiſus ſum, ſaunio percuſſus.

At vir longe ſagaciſſimus, qui miraculoſis narrationibus vel in Sacra Scriptura non libenter favet, oſtentum plane hoc eſſe autumavit, ſi quis jam ante ſaunio occiſus poſtea, ut hic, in Scena loquatur: & idcirco molliendae ſententiae illud FERME, cujus in Menandro nullum veſtigium eſt, de ſuo benigne addidit: qui enim *omnino* mortui ſunt, neque mordent, neque loquuntur. Quis negare poteſt Virum Cl. habere ῥῖνα κεπτήν?

ΧΑΛΚΕΙΑ. pag. 190.

CLIII.

(2) ——Τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,
Ἄκρατον ἐβόων, τὴν μεγάλην ψυκτῆρά τις
Προὔπινεν, αὐτοὺς ἀθλίους ἀπώλλυεν.
——Hic nunc mos, clamore
Merum poſcebant, magnum poculum aliquis
Propinabat, illos miſeros perdebat.

Quid hic video? Τὴν μεγάλλω ψυκτῆρα, *magnum poculum!* Unde

Unde vero nobis ψυκτῆρος genere feminino, quĩ toties apud ipſum Athenaeum maſculino profertur? Numquam hic effugies, Vir Cl. quin Grammaticis ſupplicium des, qui ὁ ψυκτὴρ auſus ſis comminiſci: uſus reclamat, analogia prorſus repugnat: non ita eſt, non poteſt eſſe. Poſtrema quoque illa, αὐτὸς ἀθλίως ἀπόλλυσι, ſcabra ſunt & invenuſta: ubi & more ſollenni tu furtim ingeſſiſti tuum ἀπολλύει, cum apud Athenaeum ſit ἀπόλλυσι; vitioſe id quidem; unde tamen verae emendationis anſa porrigitur. Vide, an nos rem acu tetigerimus,

——τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,
Ἄκρατον, ἐβόων, τὸν μεγάλῳ· ψυκτῆρος τις
Πρόπινεν αὐτοῖς, ἀθλίως ἀπολλύων.
——*Quod nunc in more eſt,*
Merum, inclamabant, Magnum calicem: *Pſyctherem aliquis*
Porrigebat illis, miſeros perdens.

Nimirum alta voce inclamabant Ἄκρατον, ſubintellige δότω τις *det aliquis:* τὸν μεγάλῳ, ſubintellige κύλικα *calicem.* Qui autem clamore aliquid poſcebant, brevitatis cauſſa accuſativos tantum proferebant; de quo dictum eſt ſupra ad ΑΝΕΨΙΟΥΣ num. 3. Ergo aliquis, inquit, ex minoris Pſyctherem, quod poculorum maximum eſt, eis *porrigebat:* id enim hic eſt προπίνειν; non quod Latini *propinare* dicunt, hoc eſt, porrigere alteri bibendum poculum, quod ipſe praebiberis. Porrigebat autem hunc, inquit, ἀθλίως ἀπολλύων *miſeros perdens,* quippe qui jam madidis & ſauciis & plus potis nova arma ſubminiſtravit, & oleum camino addidit. Sponſione nunc te provoco, Vir Clar. ni ego melius hic de Menandro promeritus ſum, quam tu.

ΧΑΛΚΙΣ pag. 192.

CLIV.

(1) Ἐν ταύτῃ δίδυσι τὰ μοιχείας γραφάς.
Hac dantur adulteri delationes.

Iterum ad ingenium redit Vir Clar. & ad digitos metitur Senariorum pedes,

Ἐν ταύ | τῃ δί | δυσι | τὰς μοι | χείας | γραφάς.

Sex quidem video, & omnes diſyllabos; & quis neget hoc ſatis eſſe, ut bonus hic & legitimus Senarius cluat? Sine dubio hunc hominem in ipſis cunis Caſtalio rore Muſae nutriebant. O felicem operis, qui in unico verſiculo pedes non amplius duos confregerit? Sed & aliud hic eſt, quo majorem plauſum meretur. Verba Suidae ſic habent: Ἱστάμενοι φθίνοντος· ἐν ταύτῃ αἱ τὰ μοιχείας γραφαὶ ἐδίδοντο. Μένανδρος Χαλκίδι. *Die* XXV. *menſis. Hoc die actiones contra adulteros inſtituere licebat. Menander*

Chalcide. Vides, opinor, quam ingenioſe Noſter verba inverterit, mutaverit; ut tam lepido hoc fragmento Menandrum ſuum bearet. Nam ante hunc diem omnes crediderant non Poëtae haec verba eſſe, ſed Suidae; ideo auctorem hunc citantis, quod ex illo dramate ita ſe rem habere colligi poſſet. Quod ad verba autem attinet; neque numeri ullo modo reſpondent, neque in ſententia quicquam eſt Scenae conveniens. Miror autem, non & prioris verſus colon addidiſſe Virum Clar.

——— πίμπλη φθίνοντος,
Ἐν πύτῃ εἴδονται τ' μοιχίδες γεγραμ.

Alter enim altero plane ſimilis eſt; & dignum fuiſſet patella operculum. Quin & judicium hominis hic deſidero, qui priorem illum omiſerit. Si enim haec ſola Menandri erant, Ἐν πύτῃ *Hac die*: unde augurari ex illis poterat Lexicographus eſſe *diem menſis* XXV? Hic ſane nodus eſt Goralliano cuneo dignus.

ΨΕΥΔΗΡΑΚΛΗΣ pag. 194.

CLV.

(1) Νῦν δ' εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιόνθ' ὅταν
Ἴδω παρόντα, τ' ἢ Δία τ' Κτήσιον
Ἔχοντα τὸ ταμεῖον ὑ κεκλῃσμένον,
Ἀλλ' εἰφρέχοντα πορνίδια.———

Quod in Harpocratione falſum reperit Vir Cl. hic bona fide repraeſentavit. Atqui ſi de Jamborum legibus quicquam audiviſſet, continuo agnoviſſet mendum in verſu tertio, ταμιῶν pro ταμιείων. Lege enim,

Cf. Porſon. ad Eur. Orest. v. 229.

Ἔχοντα τὸ ταμιεῖον ὑ κεκλεισμένον.

XLVI.

(3) A. Μάγειρ' ἀηδής μοι δοκεῖς εἶναι σφόδρα.
B. Πόσας τραπέζας μέλλομεν ποιεῖν; A. Τρίτον
Ἤδη μ' ἐρωτᾷς.

A. Coque, valde mihi moleſtus eſſe videris.
B. Quot menſas inſtructuri ſumus? A. Tertium
Jam me rogas.

Invenuſte omnino perſonas hic introduxit Vir Cl. & contra fidem editionum Athenaei. Perpetua oratione haec narrantur;

Πόσας τραπέζας μέλλομεν ποιεῖν, τρίτον
Ἤδη μ' ἐρωτᾷς.
Quot menſas facturi ſimus, jam tertium me interrogas.

Mox

Mox in verſu quinto mendum eſt, & Caſaubono quoque praeteritum;

Τί σοι διαφέρει τοῦτο; παρθὶς σὺ μίαν.
Quid hoc tua intereſt? adpone tu unam.

Nam & verſus & ſententia laborat: non enim coqui erat, ſed miniſtrorum *menſam apponere*. Lege ergo certiſſime,

Τί σοι διαφέρει τοῦτο; παρθήσω μίαν.
Apponam unam. Ipſe ſcilicet Dominus id facere recte dicitur, quod ejus juſſu pueri faciunt. Poſtea verſus ſeptimus ſic apud Athenaeum recte habet,

Ἐμοῦσας εἰς πίνακα καρυκεύειν μέλι,
Σεμίδαλιν, ὠά.

Ubi καρυκεύειν *condire* vox notiſſima eſt a Καρύκη deducta. Sed vide quanti hic flagitii ſe alligavit Vir Clar. Ille, ne verbulo quidem in adnotationibus lectorem admonens, ſic verſum clam interpolavit,

Ἐμοῦσας εἰς πίνακα παρακυκεύειν μέλι.
Soles ſimul miſcere mel perperam.

Quid autem hoc portenti eſt, παρακυκεύειν? qua Barbariae regione natum? quem patrem, quem auctorem habet? Equidem primo in Typographum culpam omnem transferebam; ſed ubi verſionem Viri Cl. *perperam miſcere*, animadverteram, continuo intellexi auctoris eſſe facinus, non Typographi. Nimirum ſub illa larva ante oculos Viri ingenioſi obverſabatur παρακυκᾶν. Sine dubio hoc voluit; nam ut κυκᾶν eſt *miſcere*; ita παρακυκᾶν, ſi quis eo vocabulo uteretur, eſſet *perperam miſcere*. Ea quippe praepoſitionis ejus vis eſt. Sic διορθῶν eſt *corrigere, emendare*; at παρδιορθῶν eſt *perperam corrigere*, quod Vir Cl. plerumque facere ſolet. Quis jam negare auſit Virum Cl. ob illud παρακυκεύειν laurea eſſe donandum.

CLVII.

(7) Ὑπὲρ μὲν οἴνου μηδὲ γρῦ, πίτθη, λέγε.
De vino ne gry quidem, nutrix, dicito.

Labefecit verſum Vir Cl. dum quidvis ſibi licere exiſtimat; Ammonii enim editiones recte habent,

Ὑπὲρ μὲν οἴνου μηδὲ γρῦ, πίτθη, λέγε.

RELI-

RELIQUIAE
EX
INCERTIS COMOEDIIS.

CLVIII.

(10) Ἀδύνατον ὡς ἐστίν τι σῶμα τῆ Τύχης.
Ὁ μὴ φέρων ἢ κατὰ φύσιν τὰ πράγματα,
Τύχην προσηγόρευε τ' ἑαυτῷ τρόπον.
Fieri enī nequit, ut quodpiā sit Fortunae corpus,
Sed qui res non fert secundum naturam,
Fortunam vocare solet suos ipsius mores.

In fragmentis sequentibus, quorum pleraque ex Stobaeo petita sunt, cum Grotio, qui olim ea recensuit & Latine vertit, jam nobis agendum erit; raro cum Clerico, qui Grotium fere in omnibus κατὰ πόδας sequi solet. Tanto igitur pauciora restabunt hic animadvertenda, quanto hunc ille judicio, sagacitate, omnique eruditionis genere anteivit. In versu primo depravatum quid esse nullus dubito, licet Grotius hoc silentio tegat. Cui enim placere potest σῶμα τῆ τύχης *corpus fortunae?* Incrustare quidem hoc in Notis conatur Vir Cl. sed frustra. In Comoedia enim omnia de medio & ex ipsa vita sumi solebant; non, ut hoc, insolita esse, coacta, affectata. Deinde ne Graecum quidem illud est, ἀδύνατον ὡς ἐστίν *impossibile est ut est*, pro εἶη *sit:* etsi Graeci potius dicerent, ἀδύνατον, εἶναι τι. Quid multa? Videor mihi veram loci lectionem, levi mutatione, eruisse.

Ἀδύνατον ὄντως ἐστὶ τὄνομα τῆ Τύχης.
Nihil re vera potentiae habet nomen Fortunae.

Ον in ὄντως facile absorberi potuit a syllaba praecedente: ἐστ autem apud Stobaeum est non ἐστιν. Τὄνομα vero pro τι σῶμα ideo libentius substitui; quod ex versu tertio τύχην προσηγόρευε, *Fortunam appellavit*, statim inferebam de *nomine* in prioribus esse actum. Sic quoque alibi Menander loquitur, sententia licet contraria; *Fortuna*, inquit, *omnia gubernat*,

——Τὰ δ' ἄλλ' ὀνόματα προσεῖναι χρὴ τύχη.
Fortunae omnia tribuendum est,
Εἰ μή τις ἄλλως ἐνθάδ' εἰσέρχει κενοῖς.

CLIX.

CLIX.

(15) Οἷος ἦ καὶ τὸ πρόσωπον ἔστος φαίνεται
Ἀφ' οὗ τοιοῦτος γέγονεν; οἷον θηρίον;
Μηδένα ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.
Qualis etiam vultu esse videtur,
Ex quo talis factus est, qualis fera?
Neminem injuria adficere etiam bonos nos facit.

Apud Sextum Empiricum est τὸ μηδένα ἀδικεῖν. Et sane τὸ dictioni & versui necessarium est, sed Clar. Clericus, dum gitis syllabas computat, caput Senario abscidit. In notis vero, *aud sane*, inquit, *intelligo, quid ad id, quod illic apud Sextum gitur, faciant.* Haud mirum profecto, cum ne intellexerit quidem, quid ipsa per se faciant. Sic quippe erant vertenda.

Qualis autem (quam deformis) *facie esse videtur,*
Ex quo (tempore) *talis* (tam nequam) *factus est? qualis bellua?*
Nihil injuste facere etiam formosos nos facit.
Τὸ μηδένα ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

Haec ab honesta virgine dici videntur de adolescente in nequiam prolapso: Dum virum probum, ait, putavi esse, pulcher mihi visus est: at ex quo improbum & nequam se esse ostendit, quam foedus videtur? ipsius igitur formae gratia a justitia & honestate pendet. Quid verius? quid in vita communius? Quotidie haec accidere videmus in amantium jurgiis & dissidiis. Dum amant, formosissimos esse putant; postquam oderunt, deformes. Jam autem, si rursus ad Sextum se conferat Vir Cl. intelliget opinor, quod antea non potuit, haec optime ad Sexti argumentum facere, & aptissime cum reliquis cohaerere.

CLX.

(17) Ὅταν ἕτερός σοι μηδενὸς πλέον δίδῳ,
Δέξαι τὸ μόριον· τὸ λαβεῖν γὰρ μηδὲν
Τοῦ λαβεῖν ἔλαττον, πλεῖον ἔσται σοι πολύ.
Quando tibi alius plus nihilo dederit,
Accipe partem: nam minus accipere
Multo majus tibi erit, quam nihil accipere.

Μηδὲν πλέον *nostra est emendatio*, inquit Grotius: *Vulgo legebatur*

gebatur μηδὲν πλέον, *ſenſu nullo: qui nunc eſt optimus.* Immo vero, Vir διόρθωσις, etiam poſt tuam emendationem ſenſus nullus eſt. Quid enim illud eſt, Siquis tibi det πλέον μηδενὸς *plus nihilo?* Quis ſic loquitur? quis ſic dat? Tamen, inquit, ſiquis ſic dederit, δέξαι τὸ μόριον, *cape partem.* Cur *partem* tantum, obſecro, cum ille totum illud *plus nihilo* mihi obtulerit? adde quod *plus nihilo* tam parvum eſſe poſſit, ut in *partes* dividi nequeat. Neque vero ſequentia, quae ob particulam γὰρ *enim* rationem hujus praecepti reddere deberent, quicquam ad hanc ſententiam faciunt. Ego loco vix perlecto ſic ſtatim emendandum eſſe vidi, ſententia ipſa manu ducente;

Ὅταν ἔτερός σοι μηδὲν τέλειον διδῷ,
Δέξαι τὸ μόριον, &c.
Quando aliquis tibi nihil integrum *dare vult,*
Sume partem: *nam minus ferre, majus eſt, quam nihil.*

Si Talentum ab aliquo petieris; ille autem Talentum dare recuſet, Minam libenter offerat: cape potius Minam, quam nihil. Τέλειον pro πλέον levi mutatione. Jam, opinor, vere pronuncies *ſenſum eſſe optimum.*

CLXI.

(18) Τί σαυτὸν ἀδικῶν τὴν τύχην καταιτιᾷς;
Cum te ipſum injuria affeceris, cur fortunam incuſas?

Illud καταιτιᾷς clanculum hic ſuppoſuit Vir Clar. cum in Stobaeo & Grotio legiſſet,

Τί σαυτὸν ἀδικῶν τῷ τύχῳ καταιτιᾷ;

Nimirum Vir Graecae linguae longe peritiſſimus, opinabatur καταιτιᾷ tertiae perſonae eſſe a καταιτιᾶ: & pulchre feciſſe ſibi viſus eſt, quod ſecundam repoſuerit. O cor Zenodoti! ſed ſcias poſthac, o bone, καταιτιᾷ ſecundae perſonae eſſe a καταιτιᾶμαι. tuum vero illud nuſquam lectum, nunquam auditum eſſe. En quo devenimus, ut verborum conjugatiunculas huic dictemus.

CLXII.

(20) Εὐηθία μοι φαίνεται δηλουμένη,
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.
Stultitia mihi videtur manifeſta,
Scire quaecunque oportet, ſed ab iis quae oportet non cavere.

Ita quidem Stobaeus; neque Grotius quicquam redarguit. At mihi

hi quidem ineptiſſima haec videntur. Illud enim δηλυμένη m φαίνῃ conjunctum aut παντελῶς eſt, aut aliquid pejus: ae enim δῆλα *manifeſta* ſunt, non utique φαίνοιτ' *videntur*, de quod δηλυμένη non eſt *manifeſta*, ſed *manifeſtata*: hoc tem nullo modo ſententiae reſpondet. Jam & in verſu poriore illud vide; Stultitia eſt, ait, ſcire omnia quae *facto opus* ut, (hoc enim vult ὅσα δεῖ, quae *facere* oportet, non quae re) & non cavere ab iis quae facto opus ſunt. Quid, malum, gas hic blateras? an ea *cavenda* ſunt, quae *facto opus* ſunt, an cius *contraria*? Tu vero ocius repone;

Ευηθία μοι φαίνῃ, Φιλυμένη,
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθ' δ' ἃ μή.
Stultitia mihi videtur, o Philumena,
Intelligere quaecumque facto opus ſunt, & non cavere ab iis,
quae non ſunt opus facto.

ilumena notiſſima in Fabulis perſona eſt, vel ex Terentio. epe autem in perſonarum nominibus a Librariis peccatum t; ut & poſtea videmus.

CLXIII.

(23) Ὁ μὴ φέρων γὰρ εὖ τι τῶν ὄντων βίῳ
Ἀγαθῶν, ἀσυλλόγιστος ἔστ', οὐ μακάριος.
Qui non bene fert quidpiam bonorum
In vita, ratione caret, non beatus eſt.

Illud ἀσυλλόγιστος ἔστ' a Grotio profectum eſt; qui, ut verſui onſuleret, ita clanculum interpolavit. Perperam omnino. Nam υλλόγιστος numquam de *perſona*, ſed de *re* ſive *ſermone* dicitur, *ui non recte collectus & concluſus eſt, qui falſa ratiocinatione in-ertur.* Qui ἄνθρωπον ἀσυλλόγιστον dicit, is ex homine ſyllogiſmum facit, & Ovidii Metamorphoſes longe exſuperat. Apud robaeum fertur ἀλόγιστός ἐστιν: unde nullo negotio ſic verſus eſt eformandus;

Ἀγαθῶν, ἀλόγιστός ἐστιν, ὅστις μακάριος.

CLXIV.

(26) Θρᾷξ εὐγενὴς εἶ, πρὸς ἅλας ὠνημένος.
Thrax nobilis es, ſale emtus.

Hoc ex Michaële Apoſtolio attulit Vir Clar. Cur autem ex omine, qui poſt inventam Typographiam vixit, potius quam x vetere ſcriptore Diogeniano? Ex eo enim id hauſerat Apoolius. Jam autem quale eſt, ne illud quidem Virum Clar. viiſſe, ὠνημένος male hic poſitum eſſe pro ἐωνημένος? Sic enim

Graeci ſemper, alterum nunquam. Denique & verſus hujus labem non animadvertiſſe, cui una ſyllaba deficit? Tu vero repone ex Zenobio;

Θρᾷξ ἰσχνὴς εἶ, ὡς ἄλλως ἠρεθισμένος.

CLXV.

(27) Ὅταν τι πράξεις ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
Πρόβαλλε σαυτῷ.

Hoc ex MS. A. Grotius ſuppoſuit: ſed praeſtat recepta lectio, Προβαλλ' ἑαυτῷ, eodem quidem ſenſu, ſed ἁπλικωτέρως & Menandro convenientius.

CLXVI.

(28) Τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον
Καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πάντας κακῶς.
Qui imprudenter ſuas abſumſerunt opes,
Eos bene audire, continuo omnibus noxium eſt.

Antiquum hic obtinet Vir Cl. & dum Τοὺς τ' ἴδιον (quod & Stobaeus & Grotius habent) ob plurium brevium ſyllabarum concurſum extra verſum excurrere credit, tollit illud Τοὺς, quod tamen & verſui & orationi eſt neceſſarium. Hem, qui curva nobis corrigat, & auctores veteres expurgandos ſibi ſumat. Idem poſtea pro πᾶσιν, quod ante hunc diem legebatur, πάνυ ſclam ſubſtituit: quo judicio, mox videbimus. Sententiam autem miſere pervertit; ſed hoc ei condonabitur, quia ducem Grotium ſecutus eſt. Stobaeus, ut dixi, πᾶσιν habet, & etiam τῷ καλῶς ἀκούειν. Lege igitur,

Τοὺς τ' ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον
Τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πεινῆν κακῶς.
Eos, qui ſtulte abſumunt ſuas opes,
Tò bene audire cito facit malè eſurire.

Elegantiſſima ſententia, & Menandro non inficianda. Qui bona ſua prodigunt, ut liberalitatis & elegantiae gloriam apud vulgus aucupentur, cito in eſuritionem & egeſtatem incidunt. Horatius:

Hunc ſi perconteris avi cur atque parentis
Praeclaram ingrata ſtringat malus ingluvie rem,
Omnia conductis coemens obſonia nummis:
Sordidus *atque* animi *quod* parvi *nolit haberi*
Reſpondet.

Poteris etiam vulgatum illud πᾶσιν adſciſcere, ſed ſenſu longe diverſo ab eo, quo ab aliis acceptum eſt.

Τὸ

Τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πᾶσιν κακῶς.
Tò bene audire cito facit apud omnes male audire.

Qui enim, dum bona prodigunt, laudari ſolent, iidem, poſtquam omnia ſunt abſumta, in contemtionem & infamiam incidunt. Sed prior ſententia magis arridet: non enim dicunt Graeci, κακῶς ἀκούειν πᾶσι, ſed ὑπὸ πάντων.

CLXVII.

(42) Μὴ πάντοθεν κέρδαινε, αἰσχύνῃ δέ μοι
Τὸ μὴ δικαίως θὺτυχεῖν.

Miror verſum tam elumbem a magno Grotio approbatum eſſe: quod Vir Cl. non poſtea correxerit, multa faciunt, ut ne mirer. Sic levi manu emendandus erat,

Μὴ πάντηθεν κέρδαιν', αἰσχύνῃ δέ μοι.

CLXVIII.

(44) Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοπῇ τις, ᾧ πολῷ
Ποιεῖ παροινεῖν, ᾧ πίνοντος δ' ἡ Φύσις.

Contaminavit verſiculum Grotius, dum incaute a Stobaeo abſcedit. Πίνοντος enim priorem ſyllabam producit, neque in loco quarto poteſt conſiſtere. Repone ex ipſo Stobaeo,

Ποιεῖ παροινεῖν, ᾧ πίοντος δ' ἡ φύσις.

CLXIX.

(45) Χαλεπὸν, ὅταν τις ὢν πίνῃ πλέον λαλῇ.

Iterum eadem chorda vir magnus oberravit: etſi hoc in ipſo etiam Stobaeo mendoſum exſtet. Scribe,

Χαλεπὸν, ὅταν τις ὢν πίῃ πλέον λαλῇ.

CLXX.

(46) Κατόψεαί π μᾶλλον εἰς τὸ συμφέρον.
Magis videbis quid conducat.

A Grotio eſt illud κατόψεαι, & perperam omnino. Menander utique dixiſſet κατόψει: nam κατόψεαι Jonicum eſt, neque in Scenam Atticam introire potuit. Lege igitur ex Stobaeo,

Κατόψεταί π μᾶλλον εἰς τὸ συμφέρον.

Nimirum hoc dicitur non de eo, quocum hic confabulatur, ſed de alio quopiam.

CLXXI.

(48) Ἐπίχε σ' ὀργιζόμενος· ἀλλὰ βούλομαι.
Coërce te iratus: atqui volo.

Ecce iterum Vir Cl. temeritatis & inſcitiae poenas luens. Et Stobaeus & Grotius,

Ἐπίχεις ὀργιζόμενος. ———

quo vix ullum vocabulum notius eſt Graece peritis. Ἐπίχει abſolute ab ἐπίχω, *ſiſte, morare, exſpecta:* ut Ariſtoph. Equit.

Ἐπίχεις σὺ πῶς ἀσπίσιν· λαβὴν γὰρ ἐνδέδεκας.

Noſter autem, typographi opinor mendum eſſe opinatus, ἐπίχει σὺ edidit; & laudem fortaſſis apud poſteros inde ſibi pollicitus eſt. O ſpes inanes! nam & ſententiam etiam corrupit. Quis enim dixerit, *Coërce te iratus?* quaſi vero iratus facilius coërcere ſe poſſet, quam quivis alius. Hoc enim Nominativus ibi indicat. Alii dicerent, *Coërce, reprime, compeſce iram*: aut certe, *Compeſce te iratum*, non *iratus*.

CLXXII.

(54) Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, ὡς ἀβέλτεροι,
Καὶ, σκέψομαι, λέγοντες· ἄνθρωπις γὰρ ὢν
Σκέψῃ σὺ περί τω, δυσχερὴς καὶν εὐτυχῇ;
Αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ σύμφερον
Ῥεῖ, κἂν καθεύδῃσῃς, πάλιν τἀναντία.
Qui tollunt ſuperçilia, quam ſtulti ſunt,
Quique, Conſiderabo, dicunt. Homo enim cum ſis
Qui miſer eſt quamvis ſit felix, de ulla re conſiderabis?
Res enim ſponte ſua in utiliorem partem
Fluunt, quamvis dormias; & rurſus fiunt contrariae.

Illud in verſu tertio. δυσχερὴς καὶν εὐτυχῇ a Grotio eſt: etſi & Salmaſius eodem ſpectabat, qui interpolabat, δυσχερὴς κἂν εὐτυχῇς. Profecto viri eximii intelligendo nihil hic intelligebant. Nam ut nihil dicam de nimia ipſius ſententiae ſubtilitate, *Miſer quamvis felix*, quae in Scena vix locum habere potuit: illud mihi certiſſimum eſt, verba ſequentia emendationi huic plane repugnare. *Res ENIM*, inquit, *ſponte ſua proſperae aut adverſae ſunt*,

nt, etiamsi tu dormias. Quid? an haec probant, (quod τὸ *im* pollicetur) *miserum esse hominem, etiam cum felix est?* Nil vidi minus. Apage igitur febriculosas conjecturas; &, cum tobaeus habeat, δυσχὲς ὅταν τύχῃ, sic nulla mutatione restitumus locum recte se habentem:

——— ἄνθρωπος ἦν
Σκέψῃ σὺ ταῦτ' ἔνια, δυσχὲς ὅτ' ἂν τύχῃ;
——— *Tu, cum homo sis,*
Considerabis de re quapiam, infelix quandocumque ita accidit?

Equidem, quid hic spinosi sit, nullus video. Quo tibi, inuit, o homo, considerare? cum infelix sis, quandocumque venit te esse infelicem: NAM sponte sua res aut prosperae ut contrariae tibi accidunt, te dormiente. Omnia siquidem casu, aut fato, non consilio tuo, proveniunt. Vides jam, opinor, totam sententiam apte cohaerere. Porro & versu quinto male rem gessit Grotius, qui καθευδήσῃς suppositi: Stobaeus enim καθευδήσῃ habet, & hic, & in Eclogis Physicis Titulo x. hic in Κεφαλῇ num. 1. Repone igitur, ne litera quidem mutata,

Ῥᾳ̃, κἂν καθεύδῃς, ἢ πάλιν τἀναντίον,

Atque ita prorsus ipse Grotius ad eum locum: verum hic emendationis suae prioris oblitus est.

CLXXIII.

(55) Vs. 7. Αλλ' ἂν ἀποθάνῃς, ταῦτα καταλείψεις τισίν

At si moriaris, haec aliquibus relinques.

Ita & Stobaeus & Grotius; ne de Viro Clar. queramur. Sed sententia vacillat. Quid enim est, *si moriaris?* quasi vero hoc dubium esset. Scribe,

Αλλ' ὅταν ἀποθάνῃς———
Sed quando morieris.———

CLXXIV.

(63) Αἰσχρόν γ', ὅταν τις ἵππος γλώσσῃ φυεὶς
Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.
Turpe est, cum quis suavi praeditus lingua,
Lingua ejaculatur stultos sermones.

Ἵππος γλώσσῃ a Grotio est; Salmasius conjiciebat πύγαις γλώσσῃ: tam Stobaeus proculdubio mendose ἐπὶ γλώσσῃ. Equidem, quid

quid ἐνγαὺς γλώσσῃ sit, non sane intelligo: neque ὕπτιος valde ridet; quod nulla sit antitheſis in binis ſententiae membris. μωτιολόγος enim non opponitur ἀπίῳ. Sed illud inprimis displicet, quod τὸ γλώσσῃ bis hic repetatur, nullo tamen acumine. Hanc ego ſcripturam veram eſſe non facile crediderim. Fortaſſe altius mendum hic latet, cui indagando nunc, dum curimus, non eſt otium. Vide tamen, quid properantibus nobis in mentem venerit;

Αἰσχρὸν γ', ὅταν τις ὕπτιος γεώμων φυσᾷ
Γλώσσῃ μωπείας ἐξακοντίσῃ λόγους.
Turpe eſt, cum quis nullo ingenio praeditus
Lingua ejaculatur ſtultos ſermones.

Certe aut haec vera lectio eſt, aut digna eſt, quae vera ſit.

CLXXV.

(67) Σὺ μὲν παραινεῖς ταῦτα ὅσα σοι πρέπει
Tu quidem ſuades quaecumque te decent.

Et turpiter hiat verſus (cur enim α in πεῦθα non eliditur?) & ὅσα Poëticum eſt, non communis ſermonis. Lego,

Σὺ μὲν παραινεῖς πεῦθα χ' ὅσα σοι πρέπει.
Tu quidem ſuades haec & quaecumque te decent.

χ' ὅσα idem eſt ac καὶ ὅσα, ut χ' ὡ eſt καὶ ὁ, & alia ſimilia.

CLXXVI.

(73) v. 3. Καὶ πάντα τὰ λυμαινόμεν' ἔνεστιν ἔνδοθεν·

Οἷον ὁ μὲν ἰὸς τ σίδηρον, ἂν σκοπῇς,
Τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆπες, ἡ δ' ἐλὴ ξύλον.
Et omnia quae nocent intus inſunt:
Sic ferrugo ferrum, ſi rem conſideres,
Veſtem tineae, teredo lignum corrumpit.

Verſu primo Stobaeus ἐστὶν: *ſed ἔνεστιν ob verſum repoſui*, inquit Grotius. Nollem factum: dum enim verſui conſuluit, ſententiam labefecit. Quale enim id eſt, ἔνεστιν ἔνδοθεν, *ineſt ex interiore parte?* Hoc ſecum pugnat; nam & moram in loco & motum e loco una ſignificat. Nemo igitur quiſquam haec verba conjunxerit. Verſu ſecundo, ſic eſt apud Stobaeum, Οἷον ὁ μὲν ἰὸς, ἂν σκοπῇς, τ σίδηρον manifeſto errato: unde *verſus cauſſa verba tranſpoſuit* Vir magnus: etſi fatendum eſt illud ἂν σκοπῇς elegantius in medio poni per parentheſin. V. tertio, Stobaeus, ἡ δ' ἐλὴ τὸ ξύλον; ubi ſyllaba quidem ultra verſum excurrit; ſed

d τὸ est necessarium & omnino retinendum. Lege igitur integrum locum;

Καὶ πάντα τὰ λαμπαινόμενά γ' ἐστὶν ἐνδεᾶ·
Οἷον ὁ μὲν ἰὸς, ἂν σκηπτῆς, τὸ σιδήριον,
Τὸ δ' ἰμάντιον οἱ σῆπες, ὁ δρὶψ τὸ ξύλον.

CLXXVII.

(76) Ὅστις ἂν ἀβροβολαῖσι πείθηται ταχύ, &c.
Quisquis calumniis continuo fidem habet.

Ita ex Grotio Vir. Cl. πείθηται. Sed melius est, quod apud Stobaeum fertur, πίθηται.

CLXXVIII.

(77) Κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο χρηστὸς εὐτυχῶν.

Versus & apud Stobaeum & Grotium vacillat. Corrige.

Κοινὸν ἀγαθὸν τόδε ἴσθ' ὁ χρηστὸς εὐτυχῶν.

CLXXIX.

(79) ——— Ὕβρεις γὰρ οἶνος εἰώθασι
Ἀποκαλύπτειν φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.
——— contumelia & vinum solent
Retegere amicis mores amicorum.

Tu vero egregiam tuam eruditionem hic *retexisti*, qui Senarios esse hos existimas, in quibus ne vola quidem aut vestigium est metri Jambici. Dixerat aliquid alicubi Menander ad hanc sententiam: quo respexit seu Apostolius, sive auctor, quem compilavit. Verba vero ipsa Menandri haec esse, eâdemque serie in Carmine stetisse, solius Clerici est credere potuisse.

CLXXX.

(86) Μὴ τοῦτο βλέψῃς, εἰ νεώτερος λέγω,
Αλλ' εἰ φρονοῦντος τοὺς λόγους ἀνδρὸς σ' ἐρῶ.
Ne hoc consideres, si junior loquar,
Sed si viri prudentis sermones apud te habeo.

Addidi, ait Grotius, σ' *versus caussa*: nam Stobaeus habet ἀνδρὸς ἐρῶ. Quid vero est illud σ'? σὲ accusativus non est, cum in ea vocula Diphthongus numquam in brevi Syllaba elidatur. Adde, quod invenuste hic futurum ponitur ἐρῶ, cum praesens praecesserat λέγω. Corrigendum certissime;

Αλλ' εἰ φρονοῦντος τοὺς λόγους ἀνδρὸς φέρω.

CLXXXI.

CLXXXI.

(88) Δεῖ τὺς γενομένυς, μέχρις ἂν ζῶσιν, πονεῖν·
Απραξία γὰρ λιτὸν ὐ τρέφει βίον.
Oportet natos, dum vivunt, laborare;
Otium enim tenuem vitam non ſuſtentat.

Γενομένυς illud Grotio debemus; nam Stobaeus γενόμενυ, plane contra metri legem. Qualis vero ſententia eſt? Omnes, inquit, *quotquot naſcimur, laborare debemus?* Cur hoc? *Quia pauperem vitam inertia non ſuſtentat.* Haud vidi ſtultius argumentum? Quid enim ſi in amplum patrimonium naſcimur? an Satrapae & Reges laborare debent; quia tenuis res inertiam non patitur? Repone ſine dubio,

Δεῖ τὺς πενομένυς, μέχρις ἂν ζῶσιν, πονεῖν.
Oportet pauperes, quoad vivunt, laborare.

Hoc jam aliquid eſt: ni enim laborent, non habebunt, quo famem ſolabuntur: inertia non paſcit.

CLXXXII.

(89) Κομψὸς στρατιώτης, ὐδ' ἂν εἰ πλάττει θεὸς,
Ουθεὶς γένοιτ' ἂν.
Nullus miles, nequidem ſi finxerit deus,
Politus eſſe queat.

Male hic Vir Cl. πλάττει, cum recte & Stobaeus & Grotius dederint πλάττοι. Niſi forte hoc erratum Typographo imputandum ſit.

CLXXXIII.

(91) ———Εἰρήνη γεωργὸν κᾆν πέτραις
Τρέφει καλῶς, πόλεμος ἢ κᾆν πεδίῳ κακός.
———Pax agricolam etiam rupibus
Pulchre alit, bellum etiam in campis malum.

Κακὸς habet etiam Stobaeus: ſed ſententia friget. Et miror Clericum non odoratum eſſe elegantem antitheſin, quae ex vera lectione naſcitur; lego enim, cum Grotio,

Τρέφει καλῶς, πόλεμος ἢ κᾆν πεδίῳ κακῶς.

Pax agricolam vel in ſaxis nutrit *bene*, bellum vel in arvo *male*.

CLXXXIV.

CLXXXIV.

(93) Ἀγροῖκος εἶναι προσποιεῖς πονηρὸς ὤν.
Fingis te agreſtem, cum ſis improbus.

Non receſſit hic ab arte ſua Cl. Clericus: cum enim Grotius ritio opinor Typographi ΦΕΙΣΠΟΙΕΙΣ hic edidiſſet, vertiſſet autem tine *Fingis*; arripuit hoc ſtatim noſter, & ΦΕΙΣΠΟΙΕΙΣ erudite mendavit. Atqui, o bone, id ne Graecum quidem eſt pro *ingere, ſimulare*. Recte Stobaeus ΦΕΙΣΠΟΙΗ *fingis* a ΦΕΙΣΠΟΙΕΩ: non ut tu, ΦΕΙΣΠΟΙΩ, quod longe aliud eſt.

CLXXXV.

(96) Ἔχει τι πικρὸν τῆς γεωργίας γλυκύ.
Habet aliquid amarum dulcedo agriculturae.

Ita & Stobaeus & Grotius: ſed & oratio plane flagitat τὸ γλυκὺ, & verbum πικρὸν cum ſimilibus libentius corripiunt Comici. Lege igitur,

Ἔχει τι πικρὸν τὸ τ' γεωργίας γλυκύ.

CLXXXVI.

(101) Τί διακενῆς εἶ χρηστὸς, εἰ ὁ δεσπότης
Αὐλὸς μὲ ἀπολεῖ πάντα, σὺ δ' ἢ μὴ λαμβάνῃς;

Illud εἰ in verſu priore a Grotio eſt: ſed verſus laborat, & interpunctio prava eſt. Sic lege & diſtingue.

Τί διακενῆς εἶ χρηστὸς; εἶθ' ὁ δεσπότης
Αὐτὸς μὲ ἀπολεῖ πάντα, σὺ δ' μὴ λαμβάνεις·
Σαυτὸν ἐπιτρίβεις, σὺκ ἐκεῖνον ὠφελεῖς.
Quid fruſtra diligens es? poſtea enim herus
Ipſe cuncta diſperdet, tu vero nihil ſumis.
Te ipſum affligis, illum autem non juvas.

CLXXXVII.

(103) Ἐκ γειτόνων γὰρ οἴκων εἶ, τοιχώρυχε.
Ex vicinis aedibus es, parietum perfoſſor.

Hoc ex Euripidis Scholiaſte hauſit Cl. Clericus; & ubi primum a Grotio ſuo receſſit, antiquum ſuum obtinet, ut omnes verſuum numeros conturbet & contaminet. Eccę enim ſpondeum in loco quarto, qui non magis ſubſiſtere ibi poteſt, quam in ſylvis Delphinus. At, inquiet, in poſtrema Cl. Barneſii editione ſic plane habetur. Quid tum? tuum erat, o bone, & me-

tri errorem deprehendiſſe, & veteres editiones contuliſſe. Nam in prima illa Aldina ſic recte habere comperies,

Ἐκ γειτόνων γὰρ οἶκον, ὦ τοιχώρυχα.
In vicinia enim domum, o parietum perfoſſor,

Expilaſti ſcilicet, vel ſimile quid, quod in verſu ſequente veniebat. Non, opinor, opus eſt, ut tibi probem ἐκ γειτόνων abſolute poni ſolere.

CLXXXVIII.

(104) ——Τίνι δεδέλωλαί πολε;
Ὄψει; Φλύαρος· τῆς γὰρ αὐτῆς πάντες ἀν
Ἥρων· κείσιν γὰρ τὸ βλέπειν ἴσον ἔχει
Ἀλλ' ἡδονήτις τὰς ἐρωντας ἐπάγει)
Συνουσίας; πῶς ὧν ἕτερος ταύτην ἔχων
Οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἀπῆλθε καταγελῶν,
Ἕτερος δ' ἀπόλωλε; καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς, ὁ πληγεὶς δ' εἰσβολῇ πεπρώκεν).
——Cui ergo rei mancipatus eſt?
Formaene? Nugae. Eandem ſiquidem omnes faeminam
Amarent: viſus enim omniũ habet par judiciũ.
Sed voluptas quaedam concubitûs amantes
Inducit? Quî igitur alius quandam habens
Nihil paſſus eſt, ſed abiit irridens,
Alius vero diſperiit? Opportunitas eſt morbus ille
Animi; qui autem ſaucius eſt, incurſu vulneratur.

Haec ex emendatione noſtra & verſione ſic poſuimus; quo & labori & chartae parceremus. Nam alioqui bis fuiſſent deſcribenda. Grotius, quem Vir Cl. ut ſolet, hic ſequitur, ſed cujus notam omiſit iterum, ſic prima illa interpolavit,

——Τίς δεδέλωταί ποτε
Ὄψει; φλυαρία· τῆς γὰρ, &c.

Et quaſi re bene geſta *ex confuſis valde*, inquit, *ſenſum & verſus elicuimus.* Dolet mehercle tanto viro tam cruda & inconſiderata excidiſſe. Recte extabant apud Stobaeum, ut ipſe ſupra exhibui: neque quidquam ibi *confuſum.* At & *ſenſum* violavit Vir magnus, cum τίς ſubſtituit, & *verſum*, cum φλυαρία.

Sed

Sed in eo, ut video, deceptus eſt, quod exiſtimaret φλύαρος ſecundam ſyllabam corripere: cum contra φλύαρος, φλυαρία, φλυαρεῖν ubique ſecundam producant, ut plurima apud Comicos exempla declarant. Dum verſum igitur *elicere* ſtudet, inſciens confodit. Proximum vero Cl. Clerici facinus eſt, qui verſu quarto, & Stobaeo & Grotio relictis, pro πιότιν ἔχων ſuppoſuit,

Συνουσίας· πῶς ἂν ἕτερος πιότην ὁρῶν.

Videns ſcilicet pro *habens:* idque ſe & *ex re ipſa & Plutarcho* emendaſſe gloriatur. Haud vidi Criticum infeliciorem. Plutarchus quidem, loco citato, *Idem*, ait, *corpus eandemque pulchritudinem* πολλοὶ ὁρῶσι *multi* VIDENT, *unus vero capitur.* Tune ex his verbis repones hic ὁρῶν? Atqui de ea re jam tribus verſibus prioribus egerat Menander: ad aliud hic tranſit, *concubitum* ſcilicet; ubi neceſſario legendum eſt ἔχων *habens*, honeſtum in re venerea vocabulum, quod bis terque in his ipſis Fragmentis occurrit, ut & apud Terentium, *Heus puer; dic, ſodes, quis heri Chryſidem* HABUIT? Tua vero interpolatio ſententiam ἀσυλλόγιστον & abſurdam efficit. *Ain' tu*, inquit, *voluptatem concubitûs amatores illaqueare?* Hoc tu ſic refutas, *Quod eandem mulierem* VIDENTES, *alius amore incenditur, alius abit deridens.* Quid, malum, hic ad argumentum facit illud *videre?* Jamne intelligis non te *ex re ipſa*, ſed omnino praeter rem correctionem tentaſſe? Quorſum autem verſum ultimum, qui ſic apud Stobaeum fertur,

Ψυχῆς· ὁ πλησίος δ' εἴσω δὴ πεφώσκεται,

Tu ex Plutarcho ita citaſti, ac ſi ibi haberetur Grotiana interpolatio ὡς ἴδοι pro εἴσω δή? Hoccine eſt bona fide cum lectoribus tuis agere? In Aldina Plutarchi editione poſt ὁ πλησίος ἢ eſt lacuna; in Stephanica male conjunguntur verba, ὁ πλησίος ἢ πεφώσκῃ); in Xylandriana male ex Stobaeo inſeritur εἴσω δή: Tu omnium peſſime, qui ὡς ἴδοι tanquam ſi apud Plutarchum ſic extaret, hic allegaſti. Nos ex conjectura, pro εἴσω δὴ ſubſtituimus εἰσβολῇ, *incurſu, irruptione:* quod & cum πεφώσκῃ) apprime convenit, cum εἰσβολὴ τῶν πολεμίων dicatur; & cum νόσος, cum εἰσβολὴ ἧς πυρετοῦ itidem uſurpetur.

CLXXXIX.

(109) Γαμεῖν κεκριμένα δεῖ σε γινώσκειν, ὅτι
Ἀγαθῶν μεθέξεις, ἂν λάβῃς μικρὸν κακόν.
Oportet te ſcire, qui ſtatuiſti uxorem ducere,
Te bonorum participem futurum, ſi parvum
malum ceperis.

Illud ἀγαθῶν a Grotio eſt, qui ſic interpolarat Stobaei ἀγαθόν. At magnus Scaliger, narrante Grotio, cujus notulam hic male ſuppreſſiſti, legebat ἀγαθῦ: quod equidem praetulerim Grotiano ἀγαθῶν, utpote quod antitheſin clariorem efficit. At veram emendandi viam neuter horum inſtituebat; adhuc enim languet ſententia, neque ad elegantiam Menandri aſpirat. Recte habet Stobaeanum ἀγαθὸν; tu vero me vide, & ſic fidenter corrige,

Ἀγαθὸν μὲν' ἴξεις, ἂν λάβῃς μικρὸν κακόν.
Magnum bonum habebis, ſi acceperis parvum malum.

Jam opinor, nova luce ſententia haec effulget: & ne de emendatione dubites, ſcito hoc ſpectare ad notiſſimum illud Proverbium, Μικρὸν κακὸν, μετ' ἀγαθὸν, *Parvum malum, magnum bonum:* quod habes apud Ariſtotelem, Suidam, & alios.

CXC.

(111) Ὅστις γενόμενος βέλτ' ζῆν ἡδέως,
Ἑτέρων γαμούντων, αὐτὸς ἀπεχέσθω γάμων.
Quiſquis natus vult vivere ſuaviter,
Aliis uxores ducentibus, ipſe abſtineat a nuptiis.

Intactum hoc dimiſit Grotius, neque turpe mendum deprehendit. Quorſum enim γενόμενος *natus*? quid hoc ſententiae confert? an quiſquam *vivere ſuaviter* poterit, niſi qui prius *natus* fuerit? Dixiſſet utique Menander, *Quiſquis vult vivere ſuaviter*; neque laſſas aures tam inutili verbo oneraſſet. Tu hic pro γενόμενος iterum repone πτωχόμενος, ut ſupra num. 88.

Ὅστις πτωχόμενος βέλτ' ζῆν ἡδέως.
Quicumque pauper ſuaviter vult vivere.

Hoc recte habet, & ex vita communi petitum eſt. Sumtus enim uxoris & liberorum metuenda res eſt *pauperi:* at *divites* impendia iſta facile patiuntur: neque adeo *omnibus natis* conſilium hoc dediſſet Menander.

CXCI.

(115) Δύ' ἔσθ', ἃ κεύαι τ' γαμεῖν μέλοντα δεῖ,
Ἡ τοι φρονεῖν ὄψιν, ἢ ζῆν τὸν τρόπον.
Ταῦτα γὰρ ὁμόνοιαν τ' φέρ' ἀλλήλοις ποιεῖ.

Verſus hic ſecundus deformiter hiat; neque enim caeſuram clauſiſſet Poëta cum vocali longa, vocali altera ſequente: praeterea autem Soloeciſmus hic ſpiſſiſſimus eſt, quem miror Grotio fucum feciſſe. *Duo*, inquit, *ſunt*: Quaenam illa duo? φρονεῖν ὄψιν, &c. Jamne ſentis nominativos hic requiri, non accuſativos?

ſativos? Verſu vero tertio, pro τὼ γὰρ ὁμόνοιαν, quod apud Stobaeum eſt, Grotius repoſuiſſe ſe narrat τοῦτο γάρ: qua quidem interpolatione Senarius eſt occiſus. Locus integer ſine dubio ſic corrigendus eſt,

Δύ' ἐσθ', ἃ κρίναι τ' γαμοῦν μέλλοντα δεῖ,
Ἢ τοι εὐσχημὼν ὄψις, ἢ χρηστὼ τρόπω.
Τὰ γὰρ ὁμόνοιαν τὼ σφὼ ἀλλήλοις ποιεῖ.
Duo ſunt, quae eum conſiderare oportet qui uxorem eſt ducturus,
Aut grata forma, aut benigni mores.
Haec enim concordiam mutuam efficiunt.

CXCII.

(116) Καὶ τοῦτον ἡμᾶς τ' τρόπον γαμεῖν ἐδεῖ
Ἅπαντας, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ἀνήμεθα.

Totam hanc ῥῆσιν, quia paullo longior eſt, non deſcribam: ea tantum adducam, quae emendatione egent. In verſu primo lege, Κ' εἰ τοῦτον·

SI hoc modo nos uxores ducere oporteret
Omnes, o Iuppiter Servator, ut e re noſtra eſſet.

verſu ſexto,

Τὸν δ' τρόπον αὐτὰς τ' γαμουμένας, μιᾷ' ἧς
Βιώσεσθ', μήτ' ἐξεπίσαι, μήτ' ἰδεῖν.

Hic ſyllaba tertia ΣΑΙ ἐξεπίσαι longae vicem ſuſtinet: cum tamen ubique ſit brevis. Lege igitur, ut in verſu tertio, ἐξιδεῖν;

Βιώσεσθ', μήτ' ἐξιδεῖν, μήτ' ἰδεῖν.

verſu denique octavo,

——————ἵνα,
Εἴτ' ἀργύριον καλὸν ἦν, δοκιμαστὴς ἴδῃ.

Ita & Stobaeus & Grotius: atqui εἴτ' eſſet εἰ π. Repone, εἰ ταργύριον, hoc eſt, εἰ τὸ ἀργύριον.

CXCIII.

(122) Καὶ τί λελόγισμαι ὁ κακοδαίμων προσδοκῶν
Χάριν τιν' ἐκ γυναικὸς κομιεῖσθαι; μὴ μόνον
Κακόν τι προσλάβοιμι, κἀ κάλλιστ' ἔχω.
Οὐκ ἔστι γυναικὶ φύσει πλὴν χάρις.

Illud κἀ τί λελόγισμαι Grotio acceptum refertur: quo poſito, & indecenter hiat verſus, & perperam paſſivum λελόγισμαι ſignificatione activa donatur. Apud Stobaeum ſic fertur, Καί τοι λογίζομαι. Adde modo τί & corrige,

Καὶ

Καί τοι δ' λογίζομ' ὁ πονηδαίμων ἐγὼ δικῶν.

Porro in verſu ultimo, quid illud ſibi vult πλείην χάρις? non in *muliere naſcitur PLURIMA gratia.* Quid autem ſi *mediocris* naſcatur? ſi quod ſatis eſt, etſi non abunde? eritne quod jure queri potes? Apage igitur illud πλείην, & repone,

Οὐκ ἐν γυναικὶ φύεται πλὴν χάρις.
Sed quid mecum reputo miſer, qui expectem
Gratiam apud mulierem inire? Tantum ne
Mali quid mihi conciliem, & bene habet.
Non in muliere naſcitur FIDA gratia.

CXCIV.

(129) Ἢ μὴ γαμεῖν γάρ, ἂν δ' ἅπαξ λαβῇς, φέρειν,
Μύσαντα πολλῶν προῖκα, καὶ γυναῖκα δεῖ,
Ἐκπυνθάνεσθαί τ' ἀρρένων περὶ μηδέν.
Τὸ μὲν μέγιστον, ὥπολ' ἄνδρα χρὴ σοφὸν
Λίαν φυλάττειν ἄλογον ἐν μυχοῖς δόμων, &c.

Etenim aut non ducere uxorem, aut ſi ſemel duxeris, ferre
Muſſantem magnã dotem & mulierem oportet,
Nec de maribus quidquam percunctari.
Quod vero maximum eſt, numquam oportet virum ſapientem
Nimium cuſtodire uxorem in penetralibus aedium.

Sermo hic eſt uxoris dotatae ad maritum, longe elegantiſſimus, & aliquantum ſupra ſoccum aſſurgens. Nos, quia eſt longiuſculus, pauca decerpemus. Verſu tertio infeliciter rem geſſit Grotius, qui pro corruptis illis apud Stobaeum τἀρσένων δ' ἡμᾶς σέθεν ſubſtituit τἀρσένων πέρι μηδέν non longius a ſcriptura recedens, quam a ſententia. Ego vero, cum caetera hic per ſe perfecta animadverterem, continuo ſuſpicatus ſum Perſonae nomen ſub corruptis illis latere, neque diu quaeſivi; nam ecce tibi veram lectionem ex ruderibus illis ſuſcitatam:

Ἢ μὴ γαμεῖν γάρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μύσανθ' πολλὴν προῖκα. Καὶ γυναῖκα δεῖ
Ἐκπυνθάνεσθ' τἀρσένων, Δημόσθενες.
——————*etiam mulierem oportet*
Inquirere de rebus virorum, O Demoſthenes.

Τἀρσένων eſt τὰ ἀρσένων. Levi autem mutatione ex δ' ἡμᾶς σέθεν extu-

extudimus Δημόσθενες; id nomen marito erat, quem uxor hic alloquitur. Egregia ſane haec emendatio eſt, abſit invidia: qualem ſi vel unicam excogitaſſet Cl. Clericus, tot ejus in ceteris pervertendis flagitia pene ſola expiaſſet. Verſu nono,

Τλὴ ὄψιν ἐμπλήσασθ' ἀπήλλαχται κακῶν,

illud τὴ & verſum onerat, neque ſententiam hilum juvat. Repono,

Τλὼ ὄψιν ἐμπλήσας' ἀπήλλαχται κακῶν.

Verſu duodecimo,

Ὅσις ὢ μοχλοῖς κὴ λίθ' σφραγισμάτων
Σώζει δάμαρτα, κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφὸς,
Μάταιός ἐστι, κὴ φρενῶν ὐδὲν φρονεῖ.

illud κἂν ἀνὴρ δοκῶν σοφὸς clam a Grotio ſuppoſitum eſt, lectore non admonito; & utcumque ſpecioſum ſit, & ſic ſatis ſententiae congruum, loco tamen cedere debet, melioribus repertis. Stobaeus ſic habet, δ' ἀνδρὶ δὴ δοκῶν σοφὸν; ex quibus hoc veriſſimum eruo,

Σώζει δάμαρτα (τ' ἀνδρὶ δὴ δοκοῦν σοφόν)
Μάταιός ἐστι; κὴ φρενῶν ὐδὲν φρονεῖ.
Qui vero peſſulis & per ſigilla
Cuſtodit uxorem (id quod viro callidum videri ſolet)
Ineptus eſt, & intelligendo nihil intelligit.

Tandem verſu ultimo,

Ἀνήρ τ' ἀχρεῖος, ἡ γυνὴ διοίχεται.

pro κὴ γυνὴ Stobaeus κ' ἡ γυνή. Neceſſarium ſane articulum hic eſſe fatebuntur, qui Graece ſciunt. Lege ergo,

Ὠ'νήρ τ' ἀχρεῖος, χ' ἡ γυνὴ διοίχεται.
Et vir contemtus eſt, & mulier periit.

CXCV.

(135) Αἰχύνομαι τ̓ πατέρα, Κλειτοφῶν, μόνον.
Ἀντιβλέπειν σκεῖνον ὐ δυήσομαι
Ἀδίκως· τὰ δ' ἄλλα ῥᾳδίως χειρώσομαι.
Patrem ſolum vereor, o Clitophon.
Coram intueri illum non potero
Injuſte: cetera vero facile ſuperabo.

Quid ſibi velit ἀντιβλέπειν ἀδίκως, *injuſte intueri*, equidem non intelligo. Qui acutiores ſunt, aliquid excogitent, & viro magno, qui hoc nimium patienter tulit, ſuppetias ferant. Interea, dum id fiat, ſic legerim,

Ἀντιβλέπειν σκεῖνον ὐ δυήσομαι
Ἀδικῶν.
Non potero eum, dum malefacio, rectis oculis
Intueri.

CXCVI.

(136) Μηδὲν δ' ἀδύνατον πατέρα γινώσκειν, ὅτι
Ὁ μέγιστ' ἀγαπῶν χ' δι' ἐλάχιστ' ὀργίζεται.
Non eſt difficile patrem agnoſcere; quia
Qui maxime amat, propter minima iraſcitur.

Grotius ad locum, *Addidimus*, ait, δ' *poſt* μηδὲν, *ob verſum,* ὃν γὰρ *in ſequenti*. Sed & praeterea γινώσκειν ex Geſneri conjectura adſcivit: Stobaeus enim habet γινώσκων. Qualis vero ſententia eſt? *Nihil impoſſibile eſt agnoſcere patrem.* Cur? *Quia qui maxime amat, ob minima iraſcitur.* Quid hoc ad rem? Enimvero hoc Plautino illi gemellum eſt,

Hoſpes reſpondit, Zacyntho ficos fieri non malas.

Quid porro ad Stobaei propoſitum facit? qui hoc adducit ſub Titulo, De officio liberorum erga parentes. Sed ne rem ineptam diutius redarguendo ipſe ineptus videar; reſtituo tibi ſententiam quantivis pretii, unica duntaxat litera mutata:

Μηδὲν ὀδύνα τ' πατέρα, γινώσκων ὅτι
Ο μέγιστ' ἀγαπῶν δι' ἐλάχιστ' ὀργίζεται.
Noli in ulla re patrem angere; id reputans,
Quod qui maxime amat, ob minima iraſcitur.

Hoc & per ſe egregium eſt, & Stobaei titulo aptiſſime reſpondet.

CXCVII.

(140) Οὐδέποτ' ἀληθὲς οὐδὲν ὅστ' υἱὸν πατὴρ
Εἴωθεν ἀπειλεῖν, ὅτ' ἐγὼν ἐγωμένην.

Fruſtra anapaeſtus ſecundum pedem tardat; cum jambus in promtu ſit. Lege igitur,

Εἴωθ' ἀπειλεῖν, ὅτ' ἐγὼν ἐγωμένην.

CXCVIII.

(142) Υἱῷ προθύμως ταξιώμενον ποιῶν
Κηδεμόν, ἀληθῶς, οὐκ ἔφεδρον ἕξει βίου.
Filio libenter quod videtur aequum qui facit,
Vere curatorem, non ſucceſſorem habebit bonorum.

Geſtit ſane calamus, dum horum verſuum interpretationem exſcribit, auctorem ejus digno convitio excipere: ita omnia hic prava & perverſa ſunt. Ταξιώμενον vertit *quod videtur aequum;*

…uum; ἔφεδρον βίου ſucceſſorem bonorum. En hominem, qui …us utriuſque Teſtamenti libros ſacros Latine denuo verten… …s ſibi ſumſerit! Illud quoque ἴξει pro ἴξεις, quod & Sto… …eus & Grotius habent, furtim indidit, nullo conſilio. Sed …c leve prae illo verſionis flagitio. Tu ſic verba accipe;

Si filio alacriter rem rogatam *praebes,*
Vere eum curatorem, non inſidiatorem vitae *habebis.*

…ui! quantum haec diſtant ab illis, quae Vir Cl. temere effu… …t! ſed videor mihi certo deprehendiſſe, qua ſpecie deceptus …tam foedum errorem inciderit. Grotii verſio, quam inſpi… …ebat Vir Cl. ſic ſe habet,

Qui filii animo morem gerit, habet pater
Vitae adjutorem, non ſubſeſſorem, ſuae.

…oi rectiſſime ἔφεδρον *ſubſeſſorem* ſive inſidiatorem accipit vir …agnus. At iſte, utriuſque linguae columen, *ſubſeſſorem* quaſi …ceſſorem intellexit. Si rem acu tetigi, plaudite.

CXCIX.

(148. v. 8.) Οἱ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τοῦτο διά τινα
Τόπου μεταβολὴν, ἢ φίλων ἐρημίαν,
Τί τ' λεγόντων εἰσὶ δυσγενέστεροι;

Ita, inquit Grotius, cujus notam nobis invidit Clar. Clericus, …ro εἰ μὴ *Salmaſius corrigit* οἱ μή: ad cujus ſententiam ipſe …ccedit. Uterque perperam: hoc enim poſito, oratio poſtulat …χωσι, non ἴχουσι. Ceterum apud Stobaeum pro τοῦτο varia …ectio indicatur τούτους. Rectiſſime: id eſt πάππους *avos*, de …quibus dixerat prius. Lege ergo,

Εἰ μὴ λέγειν δ' ἴχουσι τούτους διά τινα &c.
Sin autem non poſſunt nominare avos ſuos
Propter loci mutationem, aut amicorum inopiam,
Qui ſi iis, qui ſuos nominant, ſunt ignobiliores?

CC.

(149) Τοὺς εὖ γεγονότας καὶ τετραμμένους καλῶς
Κἂν τοῖς κακοῖς δεῖ λόγον ἔχειν εὐφημίας.
Honeſto loco natos & bene educatos
Etiam in rebus adverſis oportet rationem habere exiſtimationis ſuae.

Nota, lector, illud *educatos*: inde enim tibi licebit eruditio… …nem Viri Cl. aeſtimare. Et Stobaeus & Grotius recte habent τὴν εὐφημίαν. At noſter, qui a praeſenti τρέφω ſciebat id eſſe

formatum, continuo hoc σφάλμα, ut putabat, corrigere voluit; & ſervata Thematis T litera τετραμμένος clanculum ſuppoſuit. Quis neget hunc Grammaticorum Alpha eſſe? Male vero ſit Graecis magiſtris, qui me puerum ſic inſtituerunt, ut a τρέφω *educo* πεθραμμένος formarem, τετραμμένος vero a τρέπω *verto*.

CCI.

(157) Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε τὸν πρεσβύγνετο
Αλλ' ὑπονοοῦμεν πάντες ἢ πιστεύομεν.
Semet enim nemo ita novit, ut ſciat e quo prognatus ſit;
Sed ſuſpicamur omnes, aut credimus.

Hoc ex Euſtathio allegat Vir Cl. pagina lineaque indicatis & tamen auſus eſt verba ejus *corrumpere*, *corrigere* volui dicere; neque de eo in notis vel verbulo nos certiores facit. Quid, malum, tu neminem Euſtathii grandia volumina aperturum ſperaſti; qui & verba clanculum contaminas, & loco monſtrato te ipſe indicas? Apud Euſtathium ita haec diſerte leguntur,

Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε ἐξ οὗ ἐγένετο,
Nemo enim novit, ex quo genitus ſit.

Nihil his clarius fingi poteſt, ſive Dictionem, ſive verſum conſideres. Noſter tamen, opinor, brevibus illis ſyllabis, quae in loco quinto tribrachum faciunt, conturbatus, laboranti, ut credidit, verſui ſuccurrere voluit; & lepidiſſimum illud commentus eſt, ἐξ πρεσβύγνετο, & vertit Latine *ex quo prognatus ſit*. Itane vero? quo tu gurguſtio Graecas literas didiciſti, qui talia nobis portenta profers? πρεσγίγνομαι, *prognatus ſum?* immo vero contra πρεσβύγνομαι *major natu ſum:* adeo ut tuum illud ſic fuerit vertendum, *nemo novit ex quo aetate antecedebat?* Placet ne hoc tam ſecum pugnans, tam monſtruoſum? Profecto ſi ſine rubore hoc legere potes, plane periiſti.

CCII.

(159) Τὰ δευτερεῖα τὴν γυναῖκα δεῖ λέγειν,
Τὴν δ' ἡγεμονίαν τῶν ὅλων τὸν ἄνδρ' ἔχειν.
Ἡ δ' οἰκία ἐν ᾗ πάντα πρωτεύῃ γυνὴ,
Οὐκ ἔστιν ἥτις πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.
Mulierem oportet ſecundas partes *ſibi eſſe* dicere,
Regimen vero omnium virum habere.

Domus

Domus vero, in qua per omnia primas habet mulier,
Nulla umquam eſt, quae non perierit.

Illud δευτερῖα a Grotio eſt, cui, ut ait, *elegantius id viſum eſt, quam quod apud Stobaeum extat*, Τὰ δεύτερ' αἰεί. Miror equidem, quî *elegantius* poterit eſſe, quod ne Graecum quidem eſt. Graeci enim τὰ δευτερῖα, τὰ πρωτῖα φέρειν, ἔχειν dicunt, numquam λέγειν. Hoc enim perinde foret, ac ſi ſic Latine diceres, *ſecundum locum dicere*. Notum eſt illud Flacci, *Haberes Magnum adjutorem, poſſet qui ferre ſecundas*; plane ut Graeci, φέρειν τὰ δευτερῖα. Recte igitur habet vulgata lectio, Τὰ δεύτερα λέγειν. Metaphora autem a Scena ſumta eſt, ubi tres tantummodo erant Fabulae actores, Πρωταγωνιστής, Δευτεραγωνιστής, Τριταγωνιστής. Inde ad alias res ea verba tranſlata ſunt, πρωτολογεῖν, δευτερολογεῖν, τριτολογεῖν, ſive δεύτερα λέγειν, τρίτα λέγειν. Sic ipſe Menander alibi apud Stobaeum Tit. CIV. num. hic 169.

Περίεστι δ' ὁ κόλαξ ἅπαντα δεύτερα
Ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.

Quo ex loco admoneri debuit Vir magnus, ne hic quicquam male ſollicitaret: at ille contra & iſtum contaminavit, ut ibi videbimus. Jam autem verſu hic tertio, ſubſtituit Grotius Ἡ δ' οἰκία ὃ ἔχει, quod *malle ſe dicit, quam quod vulgo eſt* Οἰκία δ' ὃ ἔχει. At neutro modo verſus conſtat, ut, qui aurem habet, facile ſentiet. Locus integer ſic erat reponendus.

Τὰ δεύτερ' αἰεὶ τὼ γυναῖκα δεῖ λέγειν,
Τὼ δ' ἡμφοτέραιν τ' ὄλεθρ' ἀνδρὶ ἔχειν.
Οἰκία δ', ὃ ἔχει τὰ πάντα σχεπτόν γυνή,
Οὐκ ἔστιν ὅστις πώποτ' ὤκησεν μόνος.

CCIII.

(161. v. 6.) Ἃ δὲ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔχει.
Quae vero dedit ei natura, ea habet.

Dum haec exſcribit Vir Cl. ſono verborum deceptus eſt, neque ſenſit ſe verſum corrupiſſe. Recte Stobaeus & Grotius,

Ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔχει.

CCIV.

(169. v. 16.) Περίεστι δ' ὁ κόλαξ ἅπαντα, δεύτερα
Ὁ συκοφάντης, ὁ δὲ κακοήθης τὰ τρίτ' ἔχει.

Optime omnium rem gerit adulator, ſecundas Sycophanta, tertias malignus obtinet.

Sic emendavi, ait Grotius, *cum vulgo eſſet*,

Ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τελέως λέγει.

Quam belle viro magno proceſſerit haec emendatio jam paullo ante vidimus num. 159. Praeterquam autem, quod elegantem ex Scena metaphoram περὶ πῦρ λέγειν, ſive τελωνεῖν, male ejecit, praeterea & verſum quoque ſtrangulavit, illo ϛ perperam inſerto. At vide & ſimul ride Viri Cl. de hac Grotii conjectura judicium. *Optime*, inquit, *haec emendata & ingenioſe, etiamſi ſine libris.* Ain' tu? at poſthac, ſi me audis, cavebis in rebus tibi prorſus incognitis ſententiam tuam interponere.

CCV.

(171) Οἰκτρότατόν ἐϛι πεῖραν ἐπὶ γήρως ὁδῷ
Ἀδίκῳ τύχης δίκαιον εἰληφὼς τρόπον.

Ita ob verſum emendarunt ἐπὶ γήρως ὁδῷ partim Scaliger, partim Grotius, cum apud Stobaeum ſic exſtet,

Οἰκτρότατόν ἐϛι, πεῖραν ἐπὶ γήρως ὁδῷ.

Atqui judicio potius hic opus erat, quam ingenio. Numquam ſane impetrabunt, ut ὁδός pro ὁδός in Comoedia locum habeat: etſi Sophocles Tragicus id uſurpaverit, quanquam & ibi adhuc ſub judicibus Grammaticis lis ſit. Equidem ſic exiſtimo, Stobaeanam lectionem eſſe veram, & Menandrum conſulto ab Jambis ad Hexametrum tranſiſſe; dum notiſſima illa Homeri verba ἐπὶ γήραος ὁδοῦ cum vulgari ſermone miſcere voluit. Sed de hoc, ut quiſque vult, cenſeat.

CCVI.

(177) Οἴμοι πάλας ἔγωγε· πῇ ποτε φρένες
Ἡμῶν ἐκεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι
Τὸν χρόνον; ἃ μὴ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' αἱρούμεθα.
Hei me miſerum! ubi animus erat meus in corpore
Eo tempore? non haec, ſed illa eligimus.

Scias haec a Viro Cl. interpolata, ita & verſus & ſententia diſtorta eſt. Tamen, inquit, *Tertio verſu addidi μὴ verſus cauſſa, & ſcripſi* ἐκεῖν' *pro* ἐκεῖνα. Praeclarum ſane facinus; quod vocalem, ſequente alia, eliſerit; unde veniam pulcre meritus eſt, quod verſu primo πόθ' αἱ pro ποῦ legendum eſſe non viderit.

derit. Sed illud μὴ *verſus gratia* additum eſſe quis ſine cachinno legere poſſit? Scias enim, ὦ γναμφάσιε, te ea ipſa particula addita Senarium confodiſſe. Grotius a recepta lectione mirum quantum recedit, qui ſic verſum conſtituit,

Τὸν καιρὸν, ὃ πᾶσ' ἀλλ' ἐκεῖν' εἰρμοίνοις.

Quo poſito, etiam ἡμῖν pro ἡμῶν emendari debuit. Sed his miſſis, veram potius emendationem dabo, quae ſic habet,

Τὸν χρόνον, ὅτ' ὃ πᾶσ', ἀλλ' ἐκεῖν' ἠρέμοιμεν.

Eo tempore, quo non haec, ſed illa elegimus.

Haec quidem belle cohaerent: tua illa ſunt fracta, & arena ſine calce. Ceterum dic ſodes cur toties Grotianas notas omittis, mihique ſingulas explorandi moleſtum onus imponis? ſiquidem in Praefatione *te notas Grotianas omnes ſubjeciſſe* diſertis verbis affirmas. *An haec promiſſa fides eſt?* an forte taedio tibi erat tot pagellas excutere? Certe tu *eo tempore* Joannes Clericus eras, non Joannes Phereponus.

CCVII.

(178) Μηδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.

——τί γὰρ πρός σε ἐστίν——

Ἂν μήτε σαρκὸς ἅπτηται μήτε ψυχῆς;

Nihil grave paſſus es, niſi prae te feras.

——quid enim ad te——

Si neque corpus adtigerit, neque animum?

Prior verſus a pluribus ſcriptoribus laudatur. Cetera Plutarchi videntur verba, non Menandri; quae tamen Vir Cl. ad Senariorum formam hic expreſſit; cum nullum fere verſus veſtigium prae ſe ferant. Si Menandri ſunt; ſic ille fortaſſe dederat,

——τί γὰρ πρός σ' ἐστὶν, ὦ 'γάθ' σὺ,

Ἂν μήτε σαρκὸς, μήτε ψυχῆς ἅπτηται;

——*Quid enim ad te attinet, o ſtulte?*

CCVIII.

(180) Νόμοις ἕπεσθαι τοῖς ἐγχωρίοις, καλόν.

Leges ſequi patrias, pulchrum.

Hoc ex Apoſtolio citat Vir Cl. qui Menandro adſcribit. Sed miror tenerrimas Viri Clar. aures ſpondeo illo, qui praeter morem locum quartum occupat, non fuiſſe offenſas. Non tulit hoc magnus Grotius, qui ſic verſum reformavit,

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσδ' ἰσχωρίοις, καλόν.

Extat enim apud Stobaeum titulo De republica, & in poſterio- *Tit. XLIII. p.*
ribus *169. Grot.*

ribus editionibus Sophocli tribuitur: in prioribus vero Menandro, & quidem rectius. Id ego hoc argumento colligere mihi videor. Ἐσχαρείοις ſine dubio ſtare hic nequit; neque vero ἐσχάρα uſquam legitur; quamquam ex ipſo hoc loco Lexica quaedam citent: diu enim ante Grotium emendatio illa ferebatur. Quid igitur? ſine dubio legendum,

Νόμος ἴσος τοῖς ἐσχαρείοις κολόν.

Jam autem in Senario Menandri Comico facile admittitur Anapaeſtus in loco quarto; ſed in Tragico Sophoclis non ſine crimine reciperetur.

CCIX.

(181) Οὐχ ὅθεν ἀπολλύμεθα, σωθείημεν ἄν;
Annon unde pernicies nobis venit, veniſſet ſalus?

Hoc ex Ariſtophanis Scholiaſte habet Vir Clar. & in notis ſic ex Artis Criticae penetralibus profatur, *Deeſt pes integer verſui.* Quotieſcumque miſer de verſus ratione hiſcere audet, deridendum ſe propinat. Qui enim pes integer ei deeſt, quem una addita literula ſalvum praeſtat?

Οὐχ ὅθεν ἀπολλύμεθα, σωθείημεν ἄν.

Addit, *hoc citari ad locum Ariſtophanis, in quo oſtendit homines multa ab hoſtibus diſcere, quae non docent amici.* Neſcio equidem an Vir Cl. pro *hoſte* me an potius, ut ſum, pro *amico* habiturus ſit, qui eum in hoc opuſculo tam multa docui & deinceps docebo. In quibus illud, Errare eum in hac ipſa citatione: Non enim ea occaſione citatur hic locus a Scholiaſte, ſed prorſus contraria; ut cuivis videre licebit, cui is liber eſt ad manum. Unde ſic erat vertendus verſus,

Non poſſumus per eum ſervari, per quem perimus.

At Vir Cl. qui oculis luſcitioſis Ariſtophanem inſpexerat, ut verba obtorto collo quo volebat deflecteret, interrogatione addita ſententiam peſſumdedit.

CCX.

(182) Ταῖς ἀτυχίαις μήποθ' ἐπίχαιρε τῇ πέλας,
Πρὸς τὴν τύχην γὰρ ζυγομαχεῖν ῥᾴδιον.

Grotius ad locum: *Ita ob verſum poſui* μήποτ' ἐπίχαιρε, *cum apud Stobaeum eſſet* μὴ ἐπίχαιρε. Atqui & verius & numeroſius ſic reponendum erat,

Ταῖς ἀτυχίαισι μὴ 'πίχαιρε τῇ πέλας.

Sic & ſupra 179. lege,

Καὶ

Καὶ μὴ ἐπίδηλον τῷ τύχῃ παιδὸς παιεῖν.
Non μὴ ἐπίδηλον.

CCXI.

(184 v. 4.) Καὶ γὰρ ἐποδύρασθαί τι μὴ γελώμενον,
Καὶ συναγανακτῆσαί τινι ἂν οἰκείως ὁρᾶν
Ἔχοντα αὐτὸν τὴν παρόντα, παύει
Τῦπον μάλιστα τὸ λεγόμενον δυσφορεῖν.
Etenim dolenter queri ob quidpiã ſine ludibrio
Et una indignantem familiariter videre
Quemque ipſum praeſentem, facit ut deſinamus
Hoc praeſertim tempore aegre ferre.

Verſum ſecundum occulto veneno enecavit Vir Clar. dum ducem ſuum Grotium auſus eſt deſerere, neque lectorem de ea re certiorem facit. Nam primo illud ἄν in hac oratione nullum locum habet: deinde & in conſtructione Soloecifmus craſſiſſimus eſt: neque enim παύει) active *facit deſinere*, ſed neutre *deſinit, ceſſat, finem facit*. Lege igitur ut apud Stobaeum exſtat,

Καὶ συναγανακτῆσαί θ' οἰκείως οἰκείως ὁρᾶν
Ἔχοντας αὐτῶν τὴν παρόντα, παύει).

Ordo eſt, *Nam cum quiſque videt ſe queri quid ſine ludibrio, & amicos praeſentes una ſecum indignari; tum maxime ceſſat ab aegritudine.*

CCXII.

(187 v. 2.) Χρεία ἐστὶν ἰατροῦ, τοῦ ἢ τὴν ψυχὴν φίλου.

Quorſum hic anapaeſtus in ſecundo, cum Jambus prae foribus adſtet? ſine dubio ſic dedit Poëta,

Χρεία ἔσ' ἰατροῦ, τοῦ ἢ τὴν ψυχὴν φίλου.

CCXIII.

(195) Εἶτ' ἢ δικαίως προσπεπαλθυμένον.
Γεάφυσι τὸν Προμηθέα τοῖς ταῖς πέδαις;
Καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς, ἄλλο δ' ἢ δεῖν
Ἀγαθόν; ἢ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς,
Γυναῖχ' ἔπλασεν· ὦ πολυτίμητοι θεοί,
Ἔθνος μικρὸν γαμεῖ τις ἀνθρώπων, γαμεῖ;
Λάθεσθε τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίας, λάχνης,

Γα-

Γαμηλίῳ λέχει ἢ μοιχὸς ἐντρυφῶν,
Καὶ φαρμακεῖαι, καὶ νόσων χαλεπωλάτη
Φθόνος, μεθ' ἧς ζῇ πᾶσα τ' βίον γυνή.

Nonne merito pingunt Promethea
Clavibus affixum ad rupes *Caucaſi*?
Et Lampas tantum, nihil aliud boni,
Ei ſacratur? Quod omnes credo deos odiſſe,
Mulierem finxit, Proh dii immortales,
Gentem impuram! uxoremne quiſquam ducit?
uxorem?
Deinceps enim occultae ingruunt cupiditates,
o Lache,
Et geniali lecto illudens adulter,
Et veneficia, & morborum graviſſimus
Invidia, quacum mulier vivit per omnem aetatem.

Locum hunc ex Luciano petitum non ex Grotii recenſione, qui in omnibus hic erravit, ſed ex noſtra edidimus, una cum verſione. Clar. Clericus nihil hic de ſuo adduxit, praeterquam quod γράφουσι, *pingunt*, ille erudite tranſtulit *ſcribunt*. Nihilne audiverat de Parrhaſii tabula apud Senecam in controverſiis? nihil de Euanthis apud Achillem Tatium? Verſu ſecundo, Grotius ſic interpolavit,

Τί γένετ' αὐτῇ; λαμπὰς, ἄλλο δ' οὐδὲν
Ἀγαθόν.

Quid ab eo repertum? Fax. & nihil boni praeterea.

Non recte haec accepit Vir Magnus: neque enim γένος *repertum eſt* Graecis umquam ſignificat: neque *facem* reperit Prometheus, ſed *ignem*. Sententia eſt, quam nos in verſione expreſſimus, *Et nonne merito nihil boni ei obtigit, praeterquam Lampas?* ubi *Lampadem* accipe λαμπάδος ἀγῶνα *Lampadis certamen*, quod Athenis quotannis ἐν Προμηθείοις *in Promethei feſto* celebrabatur. Vide accuratiſſimi Meurſii Graeciam Feriatam in ΛΑΜΠΑΣ & ΠΡΟΜΗΘΕΙΑ; qui omnia eo ſpectantia ibi collegit, excepto hoc ipſo Menandri loco. Ex his autem colligas, ſolam Lampadedromiam Prometheo inſtitutam fuiſſe, nulla ſacrificia. Mox verſu quinto, apud Lucianum eſt Γυναῖκας ἔπλασεν; unde Grotius refinxit, Γυναῖκας ἔπλασεν: nos opinor melius Γυναῖκ' ἔπλασεν: unicam enim formavit, non plures. Idem verſu quarto ἡ μιαρὸν δ' εἶμ' *interpoſuiſſe* δ' ait *ad ſenſus connexionem*,

nem. Atqui illud ἤ jam verum ſenſum, qui a me erutus eſt, impedit & corrumpit. Verſus autem ſequentes ſic interpolavit,

Μαλ' ἄθλιος λοιπὸν γὰρ αἱ 'πιθυμίαι
Γαμηλίφιν μοιχὸς ἑστρυφῶν λέχη.
Εἶτ' ἐπιβυλαὶ, φαρμακεῖαι τ' ἦ νόσων
Χαλεπώτατος φθόνος, μισῶ δ' ἔγ' πάντα τ' ἦ
Βίον γυνή.

Μαλ' ἄθλιος dicit ſe dediſſe pro λαθρίως, *quod nullo ſenſu legebatur*. Sed veteres editiones recte habent λαθραίως: & deinde nos pro καὶ (quod apud Lucianum hodie fertur) Λαΐδος perſonam ſubſtituentes cetera omnia quam proxime ad vulgatam ſcripturam reformavimus. Illa tantum εἶτ' ἐπιβυλαὶ prorſus ejecimus: quia & metro obſiſterent, & impedirent, quo minus oratio per Senarium clauderetur. Nam inconcinne prorſus Grotium poſtrema illa cum cauda protraxiſſe, res ipſa clamat. Sed nihil magis doleo, quam in ſoloeciſmum incidiſſe τ' πάντα; qui νόσων χαλεπώτατος φθόνος ex conjectura edidit: hoc enim perinde eſt, ac ſi Latine diceres *Graviſſima morborum invidia*.

CCXIV.

(196) Πάντες μὲν οἱ Θεσσαλοὶ, μάλιστα δ' οἱ Γέται
Ἡμεῖς ἁπάντων (καὶ γὰρ αὐτὸς εὔχομαι
Ἐκεῖθεν εἶναι τὸ γένος) ἀ σφόδρ' ἐλεεῖσθε
Ἐσμὲν γαμεῖ γὰρ ἡμῶν ἁδελφὰς, εἰ μὴ δέκ', ἢ
Ἑνδεκα γυναῖκας, δώδεκά τε, πλείους τινές.
Ἂν τέτταρας δ' ἢ πέντε γαμμικὰς τύχῃ,
Καταφρέφη τις, ἀνυμέναιος, ἄθλιος,
Ἄνυμφος ὢν τὸν ὄπιθεν ἀκολουθεῖ ὀφ' τοῖς ἑκεῖ.

Vir Cl. in verſu quarto facinus longe mirificiſſimum edidit, & fine dubio apud ſeros nepotes memorabile futurum. Grotius ad hunc modum refinxerat,

Ἐσμὲν γαμεῖ γὰρ εἷς τις ἡμῶν ἢ δέκ' ἢ
Ἑνδεκα γυναῖκας.

Perperam quidem ille: qui Ἐσμὲν γαμεῖ, &c. in unum verſum concluſerit; cum ipſe Strabo diſerte narret, Menandrum ὀλίγα μεταξὺ, *paucis poſt* Ἐσμὲν *interjectis*, cetera illa ſubjunxiſſe. Melius ergo Caſaubonus Salmaſiuſque novum verſum hic inchoabant hoc modo:

Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν ἀδελφὰς εἰ μὴ δέκ' ἤ.

At Vir Cl. qui Salmaſii emendationes hic ſequi profitetur, nihil prorſus ſentiens, & neque digitos neque aurem in conſilium adhibens,

hibens, utrumque una coagmentavit, & Senarium nobis formavit cum pedibus ſeptenis;

Ἐσμέν· γαμεῖ γὰρ ἡμῶν ἐξελεῖς εἰ μὴ δίκ' ἦ.

Adeſte, adeſte, quotquot eſtis ἀλεξίκακοι: nam quis tale oſtentum procurare atque expiare poterit? Nihil profecto, niſi nova Fragmentorum editio, hoc monſtrum averruncaſſit. Jam autem in verſu ſeptimo illud καπνοφόπτης, ut apud Strabonem extat, quod per duo ſaecula crucem eruditis fixit, quibus tandem machinis amoliemur? Caſaubonus *vocem corruptam eſſe & emendandam* dixiſſe contentus, intactam in medio reliquit. Grotius ſic tentavit, Καπνοφίφη τις *& ſi deſinat quis:* at neque ἀπαφίφειν eſt *deſinere*, neque τις hic locum habet, neque totum hoc ſententiae quicquam confert. Salmaſius aliam viam inſtituens Καπνοφίφη τις, *moriatur quis*, corrigere voluit. Cui emendationi album calculum, quanticumque eſt, adjicit Vir Clar. Atqui & haec interpolatio iiſdem fere incommodis, quibus Grotiana, premitur. Quorſum enim illud τις, quod, cum de certa perſona prius agatur, omnino hic ineptum eſt? Ubi vero conjunctio eſt, ad ſententiam connectendam neceſſaria? Quo autem *ſi moriatur?* quaſi non & *vivus* ob uxorum paucitatem male audiebat? Repudiatis igitur his, quae neque caelum neque terram tangunt, ſed ad vulgatam duntaxat ſcripturam ſerviliter & ſine ſenſu appropinquant; ecce tibi emendationem, praeſiſcine dixerim, adeo claram & certam & ex ipſa ſententia natam,

Ut contra ſiquis cenſeat, nil ſentiat.

Lege igitur,

Ἂν πτίμαρος δ' ἡ πίνπι γαμψυχεὺς τύχῃ,
Ἀναφρόδιτος, ἀνυμέναιος, ἄθλιος,
Ἄνυμφος ἔστω· ἐπικαλεῖτε δὲ τῇς ὀμῇ.

Ἀναφρόδιτος *a venere abhorrens, invenuſtus.* Ita apud Plutarchum De adulatore ab amico dignoſcendo, *uxores caſtas & pudicas tamquam* ἀναφροδίτους καὶ ἀσεβίστους *homines nequam traducebant.* Quid jam videtur? Ex ἀναφρόδιτος librarii oſcitatione natum eſt καπνοφόπτης. Videſne literarum ductus & erroris facilitatem? Sententia jam qualis? Certe ſi de hoc dubitare audes, tota tibi Ars Critica erit abjuranda.

CCXV.

(200) Λυσάμενοι εἰ λογάεια δεινῦμθ, μικρὰς
Οὐκ ἂν πθείμεν συμβολὰς ἀκροώμενος.
Si loti fabellas cenemus, non parvas
Conferam ſymbolas, ſi modo audiar.

Ex Athenaeo hoc citat Grotius, loco non indicato; quem Vir

Vir Cl. frustra ex indiciis quaesivit. Mihi quidem in extemporali hac opella non vacat nunc locum investigare. Interea video versum priorem inconcinne hiantem: &, cum Vir magnus in notis dixerit, apud Athenaeum esse εἰ λυσάμενος, & μικρὰς τίθημι συμβολάς, ita versus constituendos esse suspicor,

Εἰ λυσάμενος λοιδόρει διατρίβων, φίλοι,
Μικρὰς τίθημι συμβολὰς ἀκροώμενος.
Si manibus lotis cenamus fabulas, o amici,
Ipse confero aliquantas symbolas, dum aurem commodo.

Arguta sane sententia: sed ubi animus erat Viro Cl. cum ἀκροώμενος passive vertit *audiar?* in quo & sensum & magistrum destituit. Grotius enim recte,

———*satis Ego* audiendo *symbolarum conferam.*

CCXVI.

(201) Εἰ γὰρ ἐγένου, σὺ Τρόφιμε, τῶν πάντων μόνος
Ὃν τ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ, ἐφ' ᾧ γε ἀφανεῖν
Πράσσων ἃ βούλοι, καὶ διευτυχεῖν ἀεί, &c.
Si enim es, tu Trophime, omnium solus
Quem peperit mater, ea lege ut perpetuo
Facias quae velis, & perpetua utaris felicitate,

Agnosco hic eruditam Viri Cl. manum. Numquam enim Grotius versum secundum a pede Cretico inchoasset. Hoc solis Gorallis licet, supra humilem reliquorum sortem longe evectis. Ingeniose quoque βούλοι reposuit pro vulgato βούλει: cum proletarius aliquis Grammaticus, in modo potentiali βούλοιο potius formavisset. Grotius quoque nescio quare διδυτυχεῖν reposuit pro διδυτυχῶν. Lege totum locum, ut jam per duo saecula apud Plutarchum extitit,

Εἰ γὰρ ἐγένου σὺ, Τρόφιμε, τῶν πάντων μόνος,
Ὃν τ' ἔτεκεν ἡ μήτηρ σ', ἐφ' ᾧ γε ἀφαπλοῦν
Πράσσων ἃ βούλει, καὶ διδυτυχῶν ἀεί.
Si enim tu natus esses, Trophime, solus omnium,
Cum te mater peperit, ea lege ut perpetuo felix esses.

Mox versibus postremis,

Σὺ δ' ὕβρεβάλλοντα, Τρόφιμε, ἀπώλισας
Ἀγαθὰ, τὰ νῦν δ' ἐν ἐσθλὰ μίτρια σοὶ κακά.
Ὡς ἀνὰ μέσον πως κἀτὸ νῦν λυπῆν φέρῃ.

Haec quoque interpolata sunt a Viro magno; tu lege

Ἀγαθὰ, τὰ νυνὶ δ' ἐστὶ μέτρια σοὶ κακά.
Ὡς μεταμέσον πως ἐ τὸ λοιπὸν εὖ φέρῃ.
Ut intermedium quondam tulisti, etiam reliquum bene feras.

Ut

Ut τὸ ἀναμόσον, ita & τὸ λοιπὸν. Ita prorsus editio Aldina: nisi quod pro τῦν versus gratia νυνὶ, pro φέρε reposuimus ἴθι φέρε.

CCXVII.

(202) Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι Φανία,
Οὐ δυνάμενός τις ζῆν καλῶς, ὐ ζῇ κακῶς.

Illud τις, quod a Grotio est, nullam venerem hic habet. Quanto elegantius est, quod & Strabo & Stephanus Byzantius habet,

Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, ὐ ζῇ κακῶς.

Equidem Grotium hoc non data opera, sed casu quodam immutasse crediderim: culpa igitur in Virum Clar. recidit, qui veram lectionem apud auctores suos viderit, neque tamen pro elegantia sua agnovit.

CCXVIII.

(205) V. 3. ——κακὸν γὰρ δαίμον' ὐ νομιστέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν.——
——ἅπαντα δ' ἀγαθὸν εἶναι τ' θεόν.

Ita constituendus erat hic locus: quaedam enim apud Menandrum interveniisse inter χρηστὸν & ἅπαντα, Clemens ipse testis est. At Grotius male illa conjunxit; hoc modo,

Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστὸν· πάντα δὲ
Δεῖ ἀγαθὸν εἶναι τ' θεόν.

Ubi Grotio id vitio vertas, quod δεῖ ἀγαθὸν insuavibus numeris posuit; Clerico vero, quod nihil sentiens τ' in priorem versum intrusit, Εἶναι τ' βίον βλάπτοντα, &c. & reluctantem versum Herculeis suis lacertis strangulavit, laudes & ἐπινίκιον canendum est.

CCXIX.

(206) ——ὑπερήφανόν πω ἡ λίαν τρυφή
Ὅτε πλῆστος ἐξώκειλε τ' κεκλημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν τῷ πρόθει ἦν.

Hic locus e Stobaeo adductus jam supra citatus est num. 154. Atque ibi quidem recte legitur & integre,

Ὑπερήφανόν πω γίνετ' ἡ λίαν τρυφή.

Et versu ultimo, ἐν ᾧ τὸ πρόθυ ἦν. Hic autem uterque versus crurifragio mactatur. Ignoscemus Viro Cl. quod semel iterumque dormitaverit, & cramben suam bis appposuerit; si modo non per totum opus gravedine ac veterno laborasse videretur.

CCXX.

CCXX.

(207) Οὐκ ἔστι ποτῶν καὶ τὰ καθ' ἡμέραν τροφῆς, &c.

Lege, ut apud Plutarchum extat, τὰ καθ' ἡμέραν τρυφῆς *luxu quotidiano*, non τροφῆς *cibo*: hoc enim ſententiam falſam efficit. Et crediderim equidem Typographi erratum eſſe, non Grotii; quia nihil, ut ſolet, in annotationibus nos admonet. At Vir Cl. ſecure hoc admiſit, nihil magis perſentiſcens,

Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

CCXXI.

(208) Οὐδεὶς ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ' ἡδέως.
Nemo amans, libenter ipſe contemnitur.

Recte hic ex Gatakero caſtigat Grotium Vir Cl. quod pro αὐτὸς repoſuerit ἑαυτόν. At idem turpiſſime ſe dat, cum, Gatakero relicto, qui ex libro Plutarchi Περὶ πολυφιλίας ſic recte dederat,

Οὐδεὶς γὰρ ἀγαπῶν αὐτὸς ἀμελεῖθ' ἡδέως;

Ipſe ſublato illo γάρ verſum miſere enecavit. Nec vero culpae eſt immunis praeſtantiſſimus Gatakerus; ubi Grotium clementer reprehendens, quod eundem verſiculum bis poſuerat paullum immutatum, & inter Menandriana, & inter Adeſpota,

Οὐδεὶς ἀγαπῶν ἑαυτὸν ἀμελεῖθ' ἡδέως,

Et Ἀγαπῶν ἑαυτὸν οὐδεὶς ἀμελεῖθ' ἡδέως,

In priore, inquit, *& dicti gratiam & modulum corrupit; in poſteriore metri quidem modulique rationem propius ſervavit, ſenſum nihilo minus violavit.* Immo contra, Vir optime, in priore metrum conſtat, in poſteriore corrumpitur. Quippe in loco ſecundo Anapaeſtus commode ſtare poteſt, in quarto dactylus nequaquam.

CCXXII.

(209) Τὸν καιρὸν; ὃ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' αἰσθόμεθα.

Haec mendoſa ſunt: ſed cum Vir Clar. haec ſupra attulerit num. 177. eo lectorem ablegabimus.

CCXXIII.

(210) ——— ὄχ ἅρμα
Ἡμῶν ἐφρόντισέν τις, ἢ μόνος θεός.
Nemo noſtri curam geſſit, niſi ſolus Deus.

Grotius

Grotius ad locum; *Apud Theophilum legitur,* Οὐκ ἄρα φρυτίζει τις ἡμῶν ἢ μόνος θεός. Quid ergo opus tanta mutatione? cum ἄρα priorem ſyllabam communem habeat. Lege,

Οὐκ ἄρα φρυτίζει τις ἡμῶν, ἢ μόνος
Θεός.

CCXXIV.

(214) Εἰς ταχάθαρτα λοιμὸς ἐσοικίζεται.
In ſqualidis locis peſtis habitat.

Ἐσοικίζεται hic temere poſuit Vir Cl. pro Grotiano εἰσοικίζει: &, dum nihil intereſſe putat, pyrrichium verſui pro ſpondeo inſeruit. *Sed erat apud Suidam,* inquit Grotius, τὰ καθαρὰ & λιμός. Quidni fuerit, & recte quidem. Tuque perperam omnino, ὦ ῥαψῳδοτε, qui ex *nitidis ſqualida,* ex *fame peſtem* huc introduxiſti. Audi verba Suidae: *Ruſticorum vita prae victus copia ſordida eſt: Urbanorum contra munda quidem & nitida, ſed idcirco a Comicis quaſi pauper & famelica perſtringi ſolet.* Ὡς φησὶ Μένανδρος, Εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται, *Ut Menander ait, In puras aedes fames intrat.* Quid, malum, hic cum *peſte,* & *locis impuris?* Hoc eſt, totam orationis ſeriem contraire. Repone igitur,

Ὡς εἰς τὰ καθαρὰ λιμὸς εἰσοικίζεται.

Ὡς a priore ſyllaba ος facile abſorberi potuit.

CCXXV.

(216) ——— Ἀνδρῶν σοφῶν
Γάρ ἐστι τἀναγκαῖα τοῖς φίλοις λέγειν·
Ἔνιοι δ' φασὶ λανθάνειν τὰ πράγματα,
Λέγειν ὀκνοῦντες τὰς ἀληθείας ἀεί.

——— Virorum enim ſapientium
Eſt, neceſſaria amicis dicere:
Quidam vero dicunt ſe res ignorare,
Veritatem dicere ſemper gravati.

Nihil umquam vidi his Grotianis infelicius. Quid? tantumne virum a particula δ' verſum inchoaſſe? pudet ſane & indignor. In poſterioribus vero illis quam diluta, quam vacua ſententia? Locus, unde haec Vir magnus tam illepide exaſciavit, apud Euripidis Scholiaſtem ſic legitur; Καὶτοι δ' Μένανδρον σοφῶν ἀνδρῶν ἐστι τὸ τοῖς φίλοις λέγειν τὰ ἀναγκαῖα: ἐν οἷς φησι λανθάνειν τὰ πράγματα τοὺς λέγειν ἡμῶν ὀκνοῦντας τὰς ἀληθείας τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τὰ

ἐστὶν, hoc est, *Nam secundum Menandrum virorum prudentium est res necessarias amicis narrare: in quibus dixit, Res latere eos qui verentur vera dicere amicis & sodalibus.* Ex quibus verbis, unius literae abjectione, certissimam tibi Menandri lectionem ausim polliceri;

——— λανθάνει τὰ πρᾶγμαθ᾽ ὑμῖν
Τὰς λέγειν ἡμῶν ὀκνοῦσιν τὰς ἀληθείας αἰεὶ
Τοῖς ἀναγκαίοις.

——— *Res latent*
Eos ex nobis, qui veremur vera semper dicere
Ad necessarios nostros.

Versus sunt Trochaici; quos cum Grotius non subodoraretur, sed Senarios hinc excudere vellet, omnia miris modis conturbavit, & Scholiastae quoque verba Menandro impegit. Ceterum aut apud Scholiastem legendum est, λέγειν τὰ ἀληθῆ pro τὰς ἀναγκαίας; aut ille perperam accepit τοῖς ἀναγκαίοις genere neutro; cum Menander ibi vellet ἀναγκαίους *necessarios, amicos, sodales.*

CCXXVI.

(223) Οὐδὲν γὰρ ὕπως ἡδὺ ἀνθρώποις ἔφυ,
Ὡς τὸ λαλεῖν τἀλλότρια.
Nihil tam dulce est hominibus,
Quam garrire de rebus alienis.

Haec Grotius fabricatus est ex illis Nazianzeni: Οὐδὲν, φ καπὶ Μίνανδρον ὕπως ἡδὺ ἀνθρώποις, ὡς τὸ λαλεῖν τἀλλότρια: Sed prior ille versus deformiter hiat, & Menandro indignus est: in posteriore Ionicum illud λαλέειν ne ferendum quidem est in Comoedia Attica. Nimirum Poëtae sententiam suis opinor verbis expressit Gregorius: quam si versu comprehendere vellem, ad hunc modum efformarem,

Ἥδιον ἐδὲν, ἢ τὸ τἀλλότρια λαλεῖν.

CCXXVII.

(228) Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν
Τὰ γ᾽ ἀγαθὰ λίαν δυσκολαίνειν πέλει.
Initium est maximum humanarum calamitatum,
Quae sunt nimium secunda graviter ferre.

Mira sane sententia: quis enim τοῖς ἀγαθοῖς δυσκολαίνῃ, *rebus suis bonis indignatur, & moleste eas fert?* sed est Grotii hoc πνεῦδος, non Menandri. Sic enim Plutarchi verba habent

De

De communibus notionibus contra Stoïcos pag. 1976. Ed. Steph. Οὐ μὴν σύνηθες τὸ δυσκολαίνειν ἐστὶν, ἀλλὰ Μενάνδρῳ μὲν εἰπόντι ῥᾳστώνης,

Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἀνθρώπων κακῶν
Τὰ λίαν ἀγαθά,

δυσκολαίνουσι (τοῦτο γὰρ εἶναι παρὰ τὴν ἔννοιαν) αὐτοὶ δὲ τὸ κακὸν ἀρχὴν ἀγαθὸν ὄντα τὸ θεὸν ποιοῦσιν: hoc eſt, *Hoc autem non eſt graviſſimum: ſed Menandro quidem dicenti theatrice,*

Initium maximum humanorum malorum
Sunt res nimium ſecundae,

indignantur Stoici: (hoc enim eſſe contra Notionem) ipſi vero malorum initium Deum, qui bonus eſt, eſſe fingunt. Ubi ſole meridiano clarius eſt, illud δυσκολαίνουσι Plutarchi verbum eſſe, non Poëtae; & pro nominativo *Stoicos* hic ſubintelligi. Quod cum olim vere animadvertiſſet eruditiſſimus Gatakerus Miſcell. Poſth. cap. IX. Vir tamen Cl. *Cum Gatakero*, inquit, *non ſentio, dicente δυσκολαίνουσι eſſe Plutarchi, non Menandri.* Tune hoc non ſentis Cratetis jecuſculum? poſthac itaque non ſentias picem eſſe nigram, aut nivem candidam. Ubi tibi mens erat, cum ſic judicares? At cum jocante Gatakero tu ſerius ſenſiſti; & mutilo Grotii Senario poſt δυσκολαίνουσι ex Gatakeri ſententia πίλει addidiſti: aeque utrobique infelix, & cum diſſentis, & cum una ſentis. Nam illud πίλει Poeticum vocabulum in ſermone communi & Scena Attica nullum locum habere poteſt.

CCXXVIII.

(239) ——— αἱ
Κυίσκουσαι ἐπικαλεῖσθε μὲν τὴν Ἄρτεμιν
Ἀξιοῦσθαι συγγνώμης [ἀπό γε θεᾶς] ὅτι
Διεκορήθητε. ———

——— Quae
Gravidae eſtis, invocate quidem Dianam,
Ut veniam accipiatis a dea, quod defloratae ſitis.

Haec quidem, ſi auferas illud μὲ & ἀπό γε θεᾶς, apud Theocriti Scholiaſtem Menandro adſcribuntur. At falſo, opinor; cum nullum in his metri veſtigium extet. Quid autem Viro Cl. precemur, qui pauculis illis inſertis ſe bellos Senarios confeciſſe autumavit? quid, niſi ut tam lepidus Muſicae magiſter cum noctuis & bubonibus perpetuo cantitet.

CCXXIX.

(33. v. 7.) Πλανᾶτ' ἐκεῖνος, ϗ Φρένας κύφας ἔχει.
Errat ille, & mentem levem habet.

Apud Clementem, inquit Grotius, *eſt* Πεπλάνηται. Adde, & ad Euſebium. Cur autem mutavit vir magnus? an quia credidit πλανᾶσθαι primam ſyllabam producere? atqui in eo falſus es. Revoca igitur lectionem priſtinam, Πεπλάνητ' ἐκεῖνος.

CCXXX.

(35) —— εἰ μὲν δή τινα
Πόρον ἔχεις, εἰ δὲ μὴ, γενόμην' ἐγώ
—— ſi tu quidem aliquam
Viam habes; ſin minus, ego inveni.

Iterum Artem ſuam oſtentat Vir Cl. qui pro integro Senario nunc nobis venditat; cui tamen unus pes deficit. O mirum artificem, qui alias ſeptenis pedibus Jambos fabricatur, alias trimembres! Videtur mihi Perſonae nomen excidiſſe;

—— εἰ μὲν δή τινα,
Σίμων, πόρον ἔχεις· εἰ δὲ μὴ, γενόμην' ἐγώ.

CCXXXI.

(37) —— Μέμψομαί σε τοῦθ' ὅτι
Χρηστά με λέξων' ἃ οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾷς.
—— Hoc de te queror,
Quod bona me dicturum, quae non fecit, exſpectas.

Vir Clariſſimus in Notis, *Pro* λέξων *apud Priſcianum maluimus ſcribere* λέξων' ἃ *exigua mutatione, & ſenſu meliore.* Quid tu *malis* aut nolis parum Menandri intereſt: nam ne unico, quantum memini, loco veram ei medicinam adhibuiſti. Vel hic, quam numeroſe verſum tornavit, qui λέξων' ἃ οὐκ pro Jambo obtrudit? Deſine vero falſos Senarios nobis confingere, & unum potius verum ediſce.

Quam quiſque novit artem, in hac ſe exerceat.

Apud Priſcianum verba ſic habent: Μένανδρος. Μέμψομαί σε τοῦθ' ὅτι χρηστά με λέξων οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾶς: in quibus Trochaïcum reperiſſe ſibi viſus eſt Grotius, quem ad hunc modum conſtituit,

Μέμψομαί σοι τοῦθ' ὅτι χρηστὰ σοί μοι λέγοντ' ὀ σχοσδιᾷ,
Culpo te, quod, recta dicam cum tibi, attendas nihil.

Atqui bis in ignoratae artis crimen incidit Vir eximius; Pri enim pars Ditrochaei non admittit Dactylum, qui bis hic illis locis comparet. τοῦθ' ὅτι & σοι μοι λέ. Equidem vel primo co ſpectu veram lectionem agnovi, mutatione minima,

——— Μέμφομαί σοι τοῦθ', ὅτι
Χρηστὰ μοι λέγοντ' οὐκ εὖ ποιήσειν ὤφθη δικαίᾳ.
——— *Hoc de te queror, quod*
Me benigne loquentem non benigne facturum eſſe exſpe

Hoc certe nos *maluimus*, & *ſenſu* ni fallimur *meliore*: qual enim ille ſit, quem Vir Cl. commendat, vix videor intellige Illud clarius intelligo, perperam eum feciſſe, cum clancul pro more ſuo μέμψομαί σε edidit pro μέμφομαί σοι: qu vero μέμφομαι geminum accuſativum perſonae & rei rege poſſet.

CCXXXII.

(238) Ἐγὼ γὰρ ἀνθρώπους ῥινῶν Φάτνην ἔχω
Αὐτοὺς ἐκείνους.———
Ego enim naribus homines trahens, habeo eo
Inſtar praeſepis.———

Verba Aeliani: Καὶ ὁ μὲν δὴ Μενάνδρου Θήρων μέγα φρονῶν ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους φάτνῃ αὐτοὺς ἐκείνους εἶχεν, hoc eſt, *Et Menandri quidem ille Theron gloriatur, ſe homines decipientem eos ipſos pr praeſepi habere.* Ex his Senarios illos conficiebat Grotius; ſed perperam proculdubio, cum ῥινῶν ibi correpta priore inducat: quod tamen, cum teſte Euſtathio ἀπὸ τῆς ῥινὸς *naſo* derivetur, eam ſyllabam producit. Nimirum ſententiam Menandri, non verba, Aelianus protulit; & huc ſpectare credo quae Euſtathius ex noſtro citat, ἴσως ἐπίστασθαι ῥινᾶν, *Ego ſcio decipere & naribus ducere*; quae hic infra habes num. 281. Sunt Paraſiti *gloriantis* verba.

CCXXXIII.

(244) Καὶ μεταχάραττον ἢ μὲ ἀνδρίαν μελῶν
Εἰς ἀπρεπὲς, τὸ ἧ τάχος εἰς ὄχνον πολύ.

Ἀνδρίαν in primo verſu emendavit Dan. Heinſius: in ſecundo & ob verſum & orationem repone,

Εἰς ταπεινὸς, τὸ ἧ πάχος εἰς ὄχνον πολύ.

CCXXXIV.

CCXXXIV.

(254) Δοῦλῳ γενομένῳ, δοῦλε, δουλεύειν φοβοῦ,
Ἀμνημονεῖ γὰρ ταῦρος ἀρχήσας ζυγοῦ.
O ſerve, verearis ſervire ei qui ſervus fuit,
Nam immemor eſt jugi taurus otiatus.

Ita corrigebat Dan. Heinſius; cui Grotius adplaudit. Sed um codex Scriptus habuerit, Δουλογενεῖ ϗ, δοῦλε, δουλεύων; equi- em ſic potius legerim,

Δουλογενεῖ ϗ, δοῦλε, δουλεύων φοβοῦ.
O ſerve, qui ſervo nato ſervis, metue.

λογενὴς, ut μιξογενής. Ceterum haec Tragici cujuſdam vi- entur, non Menandri: ſed interdum & Comoedia vocem tollit, othurnoque inambulat.

CCXXXV.

(259. v. 2.) Ψυχῆς γὰρ ὅτος μόνος ἔχει ἰάματα.
Animi enim hic ſolus habet medicamenta.

Ob verſum hiantem repone,

Ψυχῆς γὰρ ὅτος μόνος ἔχει τἰἰάματα.

τἰἰάματα, id eſt, τὰ ἰάματα, ut θοιμαῖπαι, θοιμαίπαι: *leg.* θύλακτήρια *Scholiaſt. in Aeſchyl. Prometh. v. 376.*

CCXXXVI.

(261) Ἄνθρωπος ὢν μηδέποτε τὴν ἀλυπίαν,
Αἰτοῦ παρὰ θεῶν, ἀλλὰ μακροθυμίαν.
Ὅταν γὰρ ἄλυπος ἀφ' ἑαυτοῦ τέλεος εἶναι θέλῃς,
Ἢ δεῖ θεόν σε εἶναι, ἢ τάχα δὴ νεκρόν.

In his plura adverſus metrum peccant, quae miror Grotium praeteriiſſe. Lege,

Αἰτοῦ παρὰ θεῶν, ἀλλὰ μακροθυμίαν.
Ὅταν δ' ἄλυπον ἀφ' ἑαυτοῦ τέλεος εἶναι θέλῃς,
Ἢ δεῖ θεόν σε γενέσθαι, ἢ τάχα δὴ νεκρόν.

CCXXXVII.

(262) Ὁ λοιδορῶν τὸν πατέρα, δυσφημεῖ λόγῳ,
Τὸν εἰς τὸ θεῖον δ' μελετᾷ βλασφημίαν.
Qui conviciatur patri, verbo maledicit.
Sed blaſphemiam in Deum meditatur.

Hoc ϗ *recte a Dan. Heinſio additum* pronuntiat Grotius. Ego aliter cenſeo; neque enim in priore verſu ulla ſententia commoda eſt. Vide, quanto nos rotundius & elegantius corrigimus,

Ὁ λοιδορῶν τ' πατέρα δυσφήμῳ λόγῳ
Τοῦτ' εἰς τὸ θεῖον ἐκμελετᾷ βλασφημίαν.
Qui patri conviciatur ſermone probroſo,
Is in Deos blaſphemiam meditatur.

Egregia ſententia: Qui ſemel in parentes impius eſt, is porro in Deos impius futurus eſt.

CCXXXVIII.

(264) Διονυσίων γὰρ ἦν πομπὴ, ὅτος δέ μοι
Τότ' ἠκολούθησεν μέχει ϗ πρὸς τ' θύραν,
Φοιτῶν τε ϗ κολακεύων τὴν μητέρα.
Ἔγνω με.
Bacchanalium enim erat pompa: hic vero me
Tunc ſecutus eſt uſque ad januam.
Ventitanſque & blandiens matri
Me cognovit.

Quouſque tandem Vir Clar. cum claudicantibus & ſuffragineſis ſuis Senariis riſum nobis excitabit? at audite, quam rationem operae ſuae reddat: *In primo*, ait, *verſu ſupplevi γὰρ, & in ſecundo τότ'; quia utrique verſui pes unus deerat.* Si unus pes ſinguiis defuit, quomodo γὰρ & τότ' addita defectum duorum pedum ſupplere potuerint? An tuorum Jamborum pedes unica ſyllaba conſtant? Sed numquam magis feſtivus eſt, quam ubi de verſuum ratione loquitur: ergo habeamus potius gratiam, quam iraſcamur. Verba apud Hermogenem ſic extant: ὡς πρὸς τὸν Μενάνδρου. Διονυσίων ἦν πομπὴ· ὁ δέ μοι ἠκολούθησε μέχει ϗ ὡδὶ τὴν θύραν. ἔπειτα φοιτῶν ϗ κολακεύων τὴν μητέρα, ἔγνω μέ. Ubi vides, opinor, praeter illa tua γὰρ & τότ', etiam ὅτος te interpolaſſe, & ἔπειτα prorſus ejeciſſe. Jam autem ſi ego tibi, cum haec ſcriberes, prope cubitum adſtitiſſem; auctor tibi fuiſſem, ut ad hunc modum verſus hos digereres,

——— πομπὴ γὰρ ἦν Διονυσίων.
Ὁ δέ μ' ἠκολούθησε μέχει ϗ ὡδὶ τὴν θύραν.
Ἔπειτα φοιτῶν κὰι κολακεύων μητέρα,
Ἔγνω μέ.

Hi utique Senarii ſunt; at tui illi, excepto medio, ita titubant, & vacillant, quaſi poplites iis ſuccidiſſes.

CCXXXIX.

CCXXXIX.

(265) Αλλ' ἐψόφει καί τις τὴν θύραν ἐξιών.
Sed etiam aliquis ſtrepitum edebat ad januam, exiens.

Apage vero tam lutulentum Senarium: qui, ſi neſcis, bis adverſus metrum peccat. Pro ἐψόφει καὶ Scholiaſtes Ariſtophanis habet ἐψόφησε. Unde rectiſſime Kuſterus tuus ſic verſum reposuit,

Αλλ' ἐψόφησε τὴν θύραν τις ἐξιών.

At tu harum rerum ignariſſimus Viro Eruditiſſimo recte monenti obtemperare noluiſti. Nullum quippe κριτήριον tibi erat, quo vera an falſa dixerit ille, poſſes internoſcere. Neque adeo me fortaſſis audies, cum tot tibi emendationes, a te fruſtra tentatas, gratis ſubminiſtro.

CCXL.

(266) ——Ποτήριον
Τράπεζαν, ἁρπάγιον, καὶ δεύτερον κάδον.
Poculum, menſam, harpagam, & ſecundum cadum.

Facile quis divinaverit illud καὶ, quo verſus ſuffocatur, a Viro Cl. profectum eſſe: Ammonius enim non agnoſcit. Si δότην potius ejeciſſet, quam inepte intruſiſſet καὶ; exiret Jambus rotundiſſimus,

Ποτήριον, τράπεζαν, ἁρπάγιον, κάδον.

CCXLI.

(268) ——Οὐχ ὅτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι;
——Annon hic eſt equus marinus in aethere.

Atqui hoc ex Nonio, ſi ſic diſpoſueris, neque Senarii membrum eſſe poterit, neque ullius verſus. Quam facile erat emendaſſe, ſi vere ſciviſſes, quod ſcire te credidiſti,

Οὐχ ὅτος ἱππόκαμπός ἐστ' ἐν αἰθέρι?

CCXLII.

(274) Μαρτύρομαί τ' Απόλλω τοῦτον καὶ τὰς θύρας.
Teſtor Apollinem hunc & januas.

An hunc quoque pro Senario nobis venditat Vir Cl? O ſolum, quem

quem Muſae diligunt, cui talia domi naſcuntur! Apud Suidam quidem ſic locus extat; ſed cum in voce Ναὶ hoc citetur, nihilque adeo hic ſit, quod ullo modo ad Ναὶ ſpectet, crediderim corrupta eſſe verba, & hoc modo emendanda:

Μαρτύρομαι γώ, ναὶ τὸν Ἀπόλλω τουτί,
Ναὶ τὰς θύρας.———
Ego hoc teſtor; per Apollinem hunc, per januas.

CCXLIII.

(275) Ἓν γάρ τι τούτων τῶν τριῶν ἔχει κακῶν
Unum enim horum trium habet malorum.

Elegantior ea lectio eſt, quam in Indice v. Τῶν τριῶν ex Photii lexico inedito citat Vir Cl.

Ἓν γάρ τι τούτων τῶν τριῶν ἴσχει κακόν.

CCXLIV.

(276) Οἶδ' ὅτι ποίησον———
Scio te facturum———

Inepta haec ſcriptura eſt, ne Graeca quidem. Vera lectio eſt, Οἶδ' ὅτι ποιήσεις, *Scio quid facies.* Ratio autem conſtructionis eſt, quia inverſo ordine eſt accipiendum, *Fac ſcis quid:* ut Latini dicunt *Faciam neſcio quid.*

CCXLV.

(282) Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίν' ἑταίρα πολυτελής.
Juxta eum incedit paria *ambulans* ſumtuoſa amica.

Vir Clar. ad locum, *Ut verſus*, inquit, *conſtaret, ſic verba diſpoſui: nam apud Harpocrationem, Suidam, & Photium MS. erat* ἴσα βαίνουσα. Ain' vero? *ut verſus conſtaret*, tres ſimul parietes una fidelia dealbaſti? quid benignius? Quam vellem, in cubiculo tuo eſſem, ut demulcerem tibi caput, ita Vir comis & lepidus es. Verum illud perquam incommode accidit, quod dum verſui, qui abſque te eſſet recte ſe haberet, conſulere ſtudes, duplici eum infortunio mactaſti. Ἴσα enim cujus priorem ſyllabam tu hic producis, apud Comicos ſemper eam brevem habet: *ει* autem in *βαίνει* numquam elidi poterit, quantumcumque tu ſudes & aeſtues. Quamobrem, ſi me audis, in ſecunda tua Editione, ubi tribus illis Scriptoribus ſatisfeceris, ſic repone, ut illi exhibent,

Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίνουσ' ἑταίρα πολυτελής.

CCXLVI.

CCXLVI.

(283) Ὁρᾷς, ἀκαρὴς παραπόλωλας ἀρπίως.
Vides te momento temporis funditus periiſſe.

Ita quidem Etymologici auctor, ut nunc habetur: pro Senario tamen hunc recipiemus, quaſi ἀκαρὴς ſecundam produceret? minime gentium. Proinde aut hoc modo repone,

Ὁρᾷς; σὺ ἀκαρεῖ παραπόλωλας ἁρπίως.

Aut alio non diſſimili.

CCXLVII.

(286) ——μικρῷ
Μὲν ἀῤῥαβῶν᾽ θὐθύς μ᾽ ἔπεισε καταβαλεῖν.
——parum abfuit quidem,
Quin arrhabonem ſtatim mihi perſuaſerit deponere.

In his verbis digerendis metrum quidem ſervavit Vir Cl. ſed in aliud vitium incidit, cum a particula μὲν verſum ordiatur. Cujus culpae affinis eſt ὁ πάνυ Grotius, qui a γὰρ &, ſi bene memini, ὦ verſus inchoavit. Ut verbo dicam; vocabula illa, quae ὑποκλιτικὰ Graeci magiſtri appellant, quaeque ſententiam inchoare nequeunt, ut μὲν, γὰρ, ὦ, ἐν, πω, & ſimilia, ea neque verſum inchoare poſſunt. Hoc verum eſſe ſtudioſi experimento ſcient. Lege igitur, ut Trochaïcus ſit,

Καὶ μικρῷ μὲν ἀῤῥαβῶνά μ᾽ ἔπεισεν θὐθὺς καταβαλεῖν.

Cur enim verborum ſeriem invertebat Vir Cl. nulla neceſſitate?

CCXLVIII.

(288) Ἐκάθηντ᾽ ἐπὶ ἅρμα μήτηρ τε ϗ παρθένος.
Sedebant in curru mater & virgo.

Ita auctor Etymologici. At qui ullum Senarii ſenſum habet, hunc nullum eſſe ſtatim agnoſcet. Sic igitur verba diducenda ſunt,

——ἐκάθηντ᾽ ἐπὶ ἅρμα
Μήτηρ τε ϗ παρθένος.——

vel verſu unico,

Ἐκάθηντ᾽ ἐπὶ ἅρμα μήτηρ τε παρθένος.

CCXLIX.

CCXLIX.

(290) Δεδρᾰμηκα δρόμον οἷον οὐδεὶς πώποτε.

Cucurri curſum, qualem nemo unquam.

Hinc quoque, opinor, *ut verſus conſtaret*, Vir Cl. clanculum ejecit σε. At poſthac, ſi ſapit, abſtinebit illos ungues, qui omnia, quaecunque tangunt, foede contaminant. Revocandum illud σε, quod apud Etymologum eſt, ut verſus recto talo incedat,

Δεδρᾰμηκά σε δρόμον, οἷον οὐδεὶς πώποτε.

CCL.

(291) ——λέλυμένη
Γὰρ ἡ ταίρα κἠ ἀφανὲς χιτώνιον
Ἔχουσα.——

——Lota enim amica,
Et pellucidam ſtolam habens.

Adducit hoc Euſtathius, ut probet Menandro auctore χιτωνάριον dici. At homo ſuavis, *ut verſus conſtaret*, χιτώριον nobis clam ſuppoſuit; plane in auctoris ſui frontem arietans. Quid profuit autem, ſemel jam dixiſſe, a ῥῶ & ſimilibus ὑποστιχτικῶς non poſſe verſum inchoari? *Ecce iterum Criſpinus*; & fortaſſe poſthac denuo eadem chorda oberrabit. Neque vero ſenſit, cum illud ταίρα in loco ſecundo poſuit, ſe Senario ſuo ſuffragines incidiſſe. At oſtendam tibi jam quanti ſit, in Arte Metrica, quae tuae *Artis Criticae* non minima pars eſſe debet, mediocriter verſatum eſſe. Ai opinor pro ε in MSS. uſu venire ſaepe audiviſti. Lege igitur ſine dubio.

Λελυμένη γὰρ ἡ τέρα καὶ διαφανὲς
Χιτωνάριον ἔχουσα.——
Lota enim illa altera, & pellucidam tuniculam habens.

CCLI.

(293) ——δεῖ γὰρ ἢ
Πλουτεῖν ὅπως με μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν
Τοὺς ὁρῶντας.

——oportet enim aut
Divitem eſſe, ut habeam teſtes multos videntes.

Vir Cl. pro ſumma ſua eruditione, quot pedes Senarius habeat

beat probe intelligit; qui vero aut quantus ſit Trochaïcus ne fando quidem videtur audiviſſe. Nam percepiſſet utique τὸν ῥῶπας Trochaïci principium eſſe, non Jambi. Sic igitur ſcribere,

Διὸ δὴ ἡ πλουτῶν, ὅπως μὴ φαύλως πολλὰς ἔχῃ
Τὰς ὀρῶπας.———

Et lege, inquam, ὅπως μὴ, *ut non habeam*, cum editione Venet: male enim Heinſiana ὅπως μὲ ἔ. Cur autem hic Vir Cl. ſententiam plane invertit? Poëta enim divitias hic optat ſine teſtibus, ut ſupra num. 155.

PHILEMONIS RELIQUIAE.

ΑΓΡΟΙΚΟΣ. pag. 290.

CCLII.

(1. vſ. 4.) Οἴει τι τ' ἄλλων ἀφαίρειν θηείων;
Διαφέρει δὲ μικρὸν, ἀλλὰ χήματι.

Illud ἀφαίρειν in verſu ſecundo Grotius de ſuo donavit: *verſa*, ut ait, *deſiderante*; a Stobaeo enim abeſt. Atqui haud tali auxilio verſus indiget; adhuc enim turpiter hiat, neque antiqui coloris quidquam habet. Equidem hic ſuſpicor Perſonae nomen, ut ſaepe alias, excidiſſe: cum exſcriptores illa omitterent, utpote ad ſententiam nihil conferentia: Repone igitur hoc, vel ſimile quid; cf. ſupra p. 89.

Οἴει τι τ' ἄλλων ἀφαίρειν θηείων,
Ὦ Σμικείνης; διὸ μικρὸν, ἀλλὰ χήματι.

ΑΝΑΝΕΟΥΜΕΝΗ pag. 292.

CCLIII.

(1) Ψωμολόχαξ δ' ἔσθ' οὗτος.——
Hic eſt buccarum adſentator.——

Hoc ex Athenaeo prolatum neque Senarium neque Trochaïcum inchoare poterit. Sic ergo conſtitue,

——Ψωμολόχαξ δ' ἔσθ' οὗτος.

ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΩΝ pag. 292.

CCLIV.

(1) Νῦν δ' οἶδ' ἀκειδῶς ἡ Τύχη, ὡς ἐ μία,

Οὐδ' ἔτι πρώτην· ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων
Ἡμῶν, ὅταν γίγνωνθ' ἅμ' εὐθὺς ἡ τύχη
Προγίνεθ' ἡμῖν συγγενὴς τοῖς σώμασι.
Nunc prorsus intelligo fortunam, nec ſolam,
Nec primam; ſed una cum corporibus noſtris,
Cum generantur, ſtatim & fortunam
Prius eſſe, quam nos, congenitam corpori.

In verſu ſecundo πρώτη ἀλλὰ, vocalibus indecore hiantibus, ſine dubio correctione indigent. Tertius autem a manu Grotii eſt; nam apud Stobaeum ſic extat, Ἡμῶν ὅταν γίγνωνθ' ἅμ' εὐθὺς ἡ τύχη. At Vir magnus, *ut verſui conſuleret*, ὅταν γίγνωνθ' ὡς edidiſſe ſe memorat. Infeliciter, ut nihil magis: quorſum enim alterum ὡς? cum in ὅταν, quod perinde eſt ac ὅτ' ἄν, jam ante unum ἄν extiterit. Quid multa? ſic lege locum totum:

Νῦν δ' οἶδ' ἀκριβῶς τοῦτο Τύχην, ὡς ἐ μοίαν,
Οὐδ' ἔτι πρώτην· ἀλλὰ μετὰ τῶν σωμάτων
Ἡμῶν, ὅταν γιγνώμεθ', εὐθὺς χ' ἡ τύχη
Προσγίνεθ' ἡμῖν, συγγενὴς τοῖς σώμασι.

Scio, inquit, *Fortunam nec unicam eſſe, nec olim: ſed corporibus noſtris, cum naſcimur, una adnaſci Fortunam, corpori cognatam.* Ubi adverte, Lector, illud προσγίνεσθαι *adnaſcitur*: quanti enim flagitii reus eſt Vir Cl. qui, & Stobaeo & Grotio relictis, προγίνεσθαι *prius naſcitur* occulte hic intruſit? Contemplare ſodes ſententiam: *UNA cum corporibus noſtris fortunam PRIUS eſſe quam nos.* Quid, malum, hoc aenigmatis eſt; & *Prius* & *Una*? Ubi eras, cum hoc ſcriberes? Tene in Arte Critica regnum obtinere velle? Graevios & Gronovios ſannis excipere? Vah, ſi *Domino Martianaeo* tale quid excidiſſet; ut nihil peperciſſes, ut per integras paginas os miſello & latera & crura batuiſſes!

ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΣ pag. 296.

CCLV.

(1) Βασίλισσαν Βαβυλῶνος, ἂν οὕτω τύχῃ,
Τὴν Πυθιονίκην οἶδα κ' Ἄρπαλον.
Reginam Babylonis, ſi ita fors ferat,
Pythionicam noſti & Harpalum.

Nihilo meliores Senarios Philemoni impingit Vir Clar. quam prius Menandro. Verum cum Athenaeus mendoſe haberet Βασιλίσσης ἢ Βαβυλῶνος, neque Caſaubonus correctionem tentaret; ille

ille miſer derelictus quidvis potius, quam nihil comminiſci voluit. Quid enim? ut verſum ei claudicantem condonemus, an Pythionica ſcortum regina erat Babylonis? Nugae, nugae. Si quid naris criticae habuiſſet, ſic corrigendum eſſe facile olfeciſſet,

Βασίλισσ' ἔσῃ Βαβυλῶνος, ἂν θεὸς τύχῃ.
Τὴν Πυθιονίκην οἶδα κἀκ τοῦ Ἅρπαλον.
Regina eris Babylonis, ſi fors faverit.

Babylonius ille amator, qui nomen dat huic Dramati, magnifice pollicetur hoc ſcorto ſuo; & ſe eodem eam habiturum loco, quo Harpalus Pythionicam: de quo conſule Athenaeum.

ΓΑΜΟΣ. pag. 296.

CCLVI.

(1) Ὅλκιον εἶδον μὲν ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον
Πυρῶν τε μεστόν.
Holcium quidem in menſa vidi poſitum
Et tritico plenum.

Illud μὲν ſuſtentando verſui inſeruit Vir Clar. ſed ignarus medicus, dum opem ferre feſtinat, perniciem attulit. Lege, ut codex vetus apud Pollucem,

Ὅλκιον εἶδον ἐπὶ τραπέζῃ κείμενον.

ΔΕΛΦΟΙ. pag. 296.

(v. 8.) Στῆσαι πειάμενον τὰς γυναῖκας κ' τόπους.

Ita τὰς pro τὴ poſuimus, inquit Grotius: &, *recte*, ſuccinit Vir Cl. Uterque fallitur: nam vere Editio Aldina habet, τη. Articulus hic non convenit.

CCLVIII.

(v. 11.) Οὐκ εὖ σεαυτὸν τυλχάνεις ἔχων; ἔχεις
Πῶς ἡ θύρα σοι ἔξαι ἀνεῳγμένη.

Σεαυτὸν eſt Viri Cl. facinus, qui σεαυτὸν ἔχων *te continens* hic intelligit. Vix ipſae olim Harpyiae magis omnia faedaverunt, quaecumque unguibus attigerant. Recte vero ſe habet σεαυτῷ, notiſſima phraſi, ἢ τυλχάνεις οὐκ ἔχων σεαυτῷ, *an non bene te habes?* an tentigo tibi moleſta eſt? Verſum ſequentem ſic exhibet Athenaeus, Πῶς ἡ θύρα ἔσται ἀνεωγμένη: reliqua inſerſit Grotius, & verſum dedit bis inconcinne hiantem, Caſaubonus vero etiam

pejorem. Mihi nullum eſt dubium, quin verbum exciderit, abſorptum ſcilicet a proximis ob ſimilitudinem. Et reperiſſe quidem me reor; ſed ea conditione proferam ut interpretationem a me ne expectes,

Οὐκ εὖ σεαυτῷ πυξάνεις ἔχων; ἔχεις
Ἐσυκόπως πως; ἡ ϑύρα σ' ἀπειργμένη.

Verſum penultimum

Ἀλλ' εὐθὺς εἰ βάλοι σου κἀμὲ συχνὸν τρόπον

Lege certiſſime, literae unius jacturâ,

Ἀλλ' εὐθύς, ὡς βάλοι σὺ, χ' ὃν βάλοι τρόπον.

Idem etiam verſu praecedente pro ὑφ' ἁρπαγῆς male ſuppoſuit ὑφαρπαγῆ.

ΘΗΒΑΙΟΙ. pag. 306.

CCLIX.

——Ἐμοῦ γὰρ κύριος μία εἷς ἀνήρ.

Excidit pes unus, Viri Clariſſimi incuria: ſic enim & Stobaeus & Grotius,

Ἐμοῦ γάρ ἐστι κύριος μία εἷς ἀνήρ.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ. pag. 306.

CCLX.

(1) Οὐκ ἐς' ἀληθὲς παραλογίσασθ' ὃ δ' ἔχειν
Ὀφάεια χρηστά.

Verſus laborat; cum μι in παραλογίσασθ brevis ſit. Lege,

Οὐκ ἔσ' ἀληθὲς παραλογίζεσθ', ὃ δ' ἔχειν.

ΙΑΤΡΟΣ. pag. 308.

CCLXI.

(1) ——κἀγυλίαν τιν' ἀργυραμοιβάτων.

Scribe ex Caſauboni emendatione, γυλιόν τιν'? Γύλιον enim dicitur, nuſquam γυλία.

ΚΟΡΙΝΘΙΑ. pag. 308.

CCLXII.

——αἱ δὲ παῖδες παρέχεον
Ἡ μὲν τὸ θερμόν, ἡ δ' ἑτέρα μελάκερας.

Ita

Ita quidem Athenaeus nunc habet: sed cum μοιχείρας secundam corripiat, certissime legendum est,

Ἡ μὲν τὸ θερμὸν, ἡ δ' ἐπὶ τὸ μοιχείρας.

METΩN. pag. 310.

CCLXIII.

(1) Ἰχθῦς τις σοὶ φαίνεθ' ἑφθὸς; μικρὸς ἦν.
Ἀκήκοας. ———

Ita Senarium hunc constituit Vir Cl. neque sentit pedem secundum utraque syllaba vacillare. Casaubonus quidem locum intactum praeteriit; sed sine dubio sic haec legenda sunt, & cum sequentibus continuanda,

A. ——— ἰχθῦς τί σοι
Φαίνεθ' ἑφθός; B. Μικρὸς ἦν. ἀκήκοας;
Ἀλμή τι λευκὴ, &c.

A. ——— *Quid tibi visus est*
Piscis elixus? B. *Impurus erat. Audistin?*

Emendationem nostram μοιχὸς pro μικρὸς verba sequentia confirmant: inde dicunt μιαροφάγος, & μιαροφαγεῖν.

CCLXIV.

(2) ——— Ἀργύειος ὃ παρατεθέντος καράβου.

Ἀργύειος nomen, utpote ἀπὸ τοῦ ἀργύρου deductum, secunda brevi stare hic nequit. Lege igitur Ἀγυρρίος *Agurrius*: & ita plane Eustathius hunc locum laudat pag. 1283. Quem cum legeret Vir Cl. prae inscitia tamen rei metricae quid rectius sit ignorabat. Idem olim mendum in Aristophanis Pluto,

Ἀργύειος δ' οὐχὶ δῆμός τοῦτο πόρδιτται;

Ubi vel versu ipso flagitante reposuerunt Viri Docti, Ἀγύρριος.

MOIXOΣ. pag. 310.

CCLXV.

(1) Οὐκ οἶδα νάβλαν; ὠδὲν ἦν οἶδ' ἀγαθόν.

Et hic quoque versus claudicat: quem cum sic restituere voluit Casaubonus, οἶδα ἀγαθὸν, quid sodes profecit? α enim illud sequente vocali omnino elidi debet. Lege ergo, ut Senarius constet,

——— οὐδὲν οὖν οἶδας ἀγαθὸν,

Sed, cum Aldina Editio ὠδὲ τοῦ habeat, non οὐδὲν ἦν; fortasse sic potius legendum est,

Οὐκ

Οὐκ οἶδα πάλαι; ἐδὲ νῦν οἶδ', ὦγαθέ;

ΝΟΘΟΣ. pag. 314.

CCLXVI.

Κολώνη.
Collis.

Dormitabat hic bonus Homerus. Non enim Κολώνη ex Philemone citat Euſtathius, ſed Βουνός: quam vocem alii putabant eum tamquam barbaram ſugillaſſe; alii, ut legitimam uſurpaſſe. Vide modo Euſtathium.

ΠΑΓΚΡΑΤΙΑΣΤΗΣ. pag. 316.

CCLXVII.

(1) Δεῖ τ' πολιτῶν σφζάπαιν αἱρεύμενον.

Pro σφζπᾶν, ut Stobaeus & Grotius habent, σφζάπαιν furtim ſuppoſuit Vir Clar. & contra verſum, & conſtructionem. Sed licebit hoc Typographo imputare.

ΠΑΝΗΓΥΡΙΣ pag. 318.

CCLXVIII.

(5) ——τῷ πλατεῖάν σοι
Μόνον ταύτην πεποίηκεν ὁ βασιλεύς.
Plateam tibi ſolam hanc fecit rex.

Omnia ad Senarios reducere vult Vir Clar. quos tamen ipſos non aliter intelligit, quam ſyllabas numerando; ut hic,

Μόνον ταύτην | ποιεῖ | ηκεν | ὁ βα | σιλεύς.

ubi ex ſex pedibus tres ſunt vitioſi; & in priore verſu, ex duobus alter. Jam dudum profecto taedet cum homine loqui, qui ipſa elementa neſcit. Redigantur ad Trochaïcum verba haec;

Τὴν πλατεῖάν σοι μόνην ταύτην πεποίηκ' ὁ βασιλεύς;
Tibiné ſoli hanc plateam rex fecit?

ΠΑΡΕΙΣΙΩΝ pag. 318.

CCLXIX.

(1) Οὐ γίνεσθ' ἐπὶ τὸ πανήγυριν σκεπτέα;
(Ἀλλὰ) τραπεζοποιῷ ἐστιν ἐπὶ τῷ ἁλιεύειν.

Non

Non habetur de ratione torrendi deliberatio;
Sed ſtructoris eſt, in miniſtrando.

Ut conſtarent verſus, inquit Vir Cl. *prioris nonnihil invertimus verba; in poſteriore addidimus ἀλλὰ*. Hoccine tu invertiſti, *ut verſus conſtarent?* Quid tibi, mi homo, cum verſibus? poſthac, ſi ſapis, intra orationis ſolutae auctores te continebis; verſum etenim priorem miſere ſtrangulaſti; poſteriori vero illud ἀλλὰ addidiſti, qui per ſe abſque ἀλλὰ eſt aequo longior. Locus apud Athenaeum ſic fertur,

Περὶ τράπεζαν ὃ γίνετ' ἡ σκιπλωρία·
Τραπεζοποιὸς ἐστὶν ἐπὶ δ' Ἀφροδίτῃ.

unde levi mutatione ſic verſus conſtituo:

Περὶ τράπεζαν ὃ γίνετ' ἡ σκιπλωρία·
Τραπεζοποιὸς ἐστ' ἐπὶ δ' Ἀφροδίτῃ.

Ὀκτάνιον, inquam, verſus efflagitat, non ὀπτάνιον; & ſic Atticos uſurpaſſe diſerte affirmat Phrynichus, & Herodianus apud Etymol. Magn. Ita ſaepe Ariſtophanes; cujus hunc verſum, quia Hexametrus eſt, opinor intelliges:

Ἐσφοιτῶν δ' ἐς τράπεζαν, λήσει σε κυνηδόν.

CCLXX.

(2) —— τὰς ἐν τῇ πόλει
Μάρτυρας ἔχω γὰρ, ὅτι μόνος Φύσκιον ποιῶ
Καυδαυλὸν, ὠὰ, κἀ θεῖον μὴν ἐν τρυφῇ.
Τούτων ἁμάρτημά τι, ἐγένεθ', ἁμάρτημά τι.

In tertio verſu, inquit Vir Cl. *addidi κἀ & μή: initio ſequentis ſuſtuli τὴ & ἡ ante ἁμάρτημα, quae vitiabant verſum.* Infeliciter, ut ſemper. Illa enim ipſa, quae partim addidiſti, partim ſuſtuliſti, verſus *vitiant*, non emendant. Sic lege, ſi verſibus vis conſulere,

Καυδαυλὸν, ὠὰ, θρῖον, ἐν πυρῷ· τί δαί;
Τούτων ἁμάρτημ' ἐγένετ' ἢ μάρτημά τι;

ΠΙΤΤΟΚΟΠΟΥΜΕΝΟΣ. pag. 320.

CCLXXI.

(1) Ἰδὲ πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς· τελημόρῳ
Ἕκαστος ὑμῶν ἦλθεν· εἰς τὰς τέτταρας
Εἰληφεν ἡμῖν ὕστατ' τελώλολον (lege ὑμῖν)

Multa hic adnotat Vir. Clar. quae non ſunt unius aſſis. Nihilo

hilo tamen meliora ſunt, quae viri magni Salmaſius & Gronovius pater ad hunc locum ſunt commentati; quos vide in nupera Pollucis editione. Solus ibi rem acu tetigit Clar. Hemſterhuſius. Rem per ſe facillimam uno verbo declarabo. Chalci 8. faciebant 1. obolum. Sex vero Chalcos appellabant τριτήμορον, quod probat Pollux ex hoc loco Philemonis; ubi narratur *Quatuor viros ad neſcio quem locum veniſſe mercede τριτημόρου in ſingulos; & unum ex illis nomine omnium quatuor accepiſſe Triobolum.* Ergo, infert Pollux, 1 Triobolum continebat 4 τριτήμορα: atqui notum eſt Triobolum continere 24 chalcos, cum obolus contineat 8. Tritemoron igitur, quarta pars Trioboli, continebat chalcos 6: nam 6 eſt quarta pars 24. Quid his facilius: ſed ut pulverem, qui virorum magnorum oculos laedebat, abſtergam, hoc inſuper explicationis cauſſa addam. Conductor horum quatuor mercenariorum debebat ſingulis ſex chalcos. cum tot aenei chalci non eſſent ei ad manum, dedit uni illorum tres obolos argenteos, aequivalentes quater ſex chalcis; quos ipſi poſtea κερματίζειν & pro aeneis chalcis commutare poſſent, & tum ſingulis ſex chalcos diſtribuere. Hoc ubique factum eſt, & hodie fit in vita communi. Qua occaſione lepidus narratur jocus in Ariſtoph. Veſpis. Singuli judices Athenis a Colacretis tres obolos quotidie accipiebant. Sed compendii cauſſa binis dabatur Drachma, quae valebat 6 obolos; quam bini illi poſtea inter ſe dividere deberent. Alter ergo ex duobus in foro piſcatorio Drachmam permutans, pro tribus obolis tres Mugilis ſquamas lippienti alteri dedit, & ſic os ei ſublevit. Ceterum in loco ſequente, quem ex Polluce adducit Vir Clar. & numeros luxatos video, & ſententiam pravam aut nullam: ſed, cum nihil nunc properanti ſuccurrat, quod placeat, aliis eas ſpinas calcandas relinquo.

ΠΥΡΡΟΣ. pag. 324.

CCLXXII.

(1) Οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
Περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλίσκεται χρόνος
Τί ἐστιν ἀγαθόν. &c.———
Philoſophi quaerunt, ut audivi,
Et circa hoc multum eis abſumitur tempus,
Quid ſit bonum.——

Πολὺς, inquit Grotius, *pro πολὺς ob verſum poſui.* Nollem equidem hoc Viro magno excidiſſet. Neque enim πολὺς Jonicum

nicum in Cothoedia Attica locum habet neque verſus ea medicina eget. Credebat ſcilicet ἀναλῦ secundam ſyllabam corripere; quam tamen ubique producit. Reſtitue ergo πολύς in locum, unde ejectum eſt.

ΣΑΡΔΙΟΣ. pag. 326.

CCLXXIII.

(1) Σοὶ πέντε χαλκοῦς; σὺ δέ μοι τετήμορος.

Syllaba una deeſt verſui, quae ita ſupplenda eſt;

Σοὶ πέντε χαλκοῦς; σὺ δέ γε μοὶ τριτήμορος.

CCLXXIV. pag. 328.

(2) Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῶν τ' κακῶν ἦν φάρμακον,
Ἀεί θ' ὁ κλαύσας τῆς πονεῖν ἐπαύετο,
Ἠλατόμεθ' ἂν δάκρυα, δένδρες χρυσίον.
Νῦν δ' ὑ πεφυτεύκει τὰ πεπλασμέν', ὑδ' ἀπο-
κλέπτ[ει]
Εἰς ταῦτα, δεσποτ', ἀλλὰ τοῦ αὐτὴν ὁδόν,
Ἐάν τε κλαίῃς, ἐάν τε μὴ, πορεύεται.
Τί δὴ ποιεῖς; Β. πλέον ὑδόν· ἡ λύπη δ' ἔχει
Ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν, τὸ δάκρυον.

Locum hunc ex Stobaeo expreſſit Grotius; at apud Plutarchum verius meliuſque verſus primus ſic extat,

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῶν τ' κακῶν ἦν φάρμακον.

Et verſus ſextus,

Ἐάν τε κλαίῃς, ἐάν τε μὴ πορεύεται.

Verſu ſeptimo Plutarchus habet, Τί δ' ἂν πλέον ποιοῦμεν· ὑδόν, &c. Octavo autem, Ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν, τὰ δάκρυα. Ita, inquam, editio Aldina; nam Stephanus & Xylander τοῦτο ex Stobaeo poſt δένδρα intruſerunt; prorſus inepte, cum craſſiſſimum Soloeciſmum ibi faciat. Melius quidem paullo apud Stobaeum, ubi τὸ δένδρον τοῦτο eſt, non τὰ δένδρα τοῦτο. Sed & hic in verſu ſyllaba redundat, ut mirer magnum Grotium id non advertiſſe. Equidem hos verſus ſic corrigendos credo,

Τί δ' ἂν πλέον ἴσχομεν; ὑδόν· ἡ λύπη δ' ἔχει,
Ὥσπερ τὰ δένδρα, καρπὸν οἱ τὰ δάκρυα.

Quid igitur proficimus lacrimando? *nihil: ſed dolor,*
(Ut arbores) habet ſibi fructum, lacrimas.

Ἴσχομεν apud Plutarchum reponimus, pro ποιοῦμεν: Graeci enim

πλέον ἔχειν *proficere* dicunt, non πλέον ποιεῖν. Caetera per se patent. Male vero Vir Cl. *qui ſigna perſonarum hic addidit*: ſervus hic omnia loquitur. Neque ex decoro, Dominus dolore & lachrimis coopertus tale continuo reſponſum dederit.

ΣΙΚΕΛΙΚΟΣ. pag. 328.

CCLXXV.

(2) Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
Ἔστιν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.
Homini facile eſt alium hortari,
Facere vero ipſi non eſt facile.

Equidem acumen Grotii hic deſidero: quorſum enim ἄνθρωπον ὄντα? facile, ait, *eſt cuivis qui homo ſit*, conſilium aliis dare. Quid, malum, an *beſtiae* conſilium dare ſolent? lege emendatione certiſſima,

Ἄλλῳ πονοῦντι ῥᾴδιον παραινέσαι.

Alteri, ait, dolenti conſilium dare facile eſt; ipſum, ſi quando doleat, conſilium id ſequi, non facile eſt.

CCLXXVI.

(3) Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾠόμην τήνδε Σικελίαν, &c.
Ego prius putabam hancce Siciliam.

Erat τήν, inquit Vir Clariſſimus, *ſed addidi* ϗ *propter verſum. Omnino ſcena hujus dramatis in Sicilia fuiſſe videtur.* O hominem iratis Muſis natum! Tum maxime verſus corrumpit & trucidat, cum aliquid *propter verſum* feciſſe ſe commemorat. Illud vero perquam ingenioſe; quod cum τήνδε *hancce Siciliam* tam bella emendatione ſuppoſuerit, continuo colligit Scenam in Sicilia fuiſſe. Sine dubio quidem, ſi *hancce* admittimus; ſed hoc Pſeudocritici commentum eſt, non auctoris. Tu, lector, ſic totum locum conſtitue,

Ἐγὼ πρότερον μὲν ᾠόμην τὴν Σικελίαν
Ἐν τοῦτ' ἀπίθανον αὐτὸ τοὺς τυράννους ποιεῖν
Καλοὺς· ἐπὶ πᾶσι συμπίθου ἀκηκοώς,
[Τυράννους Σικελικὸς ὅπου κρήπης ἦν, αἵδε περιπορεῖ Σικελικοί.]
Ἰδοὺπα ποικίλ' εἰ λέγει τις Σικελικά.
Σκεύη μὲν ἦν ᾗ κτήματ' ᾠόμην φέρειν.

Ubi illa, quae oratione proſa ſcripta ſunt, & a margine in textum perperam admiſſa uncinis ſeparavi. Quod haud verſus folius gratia, ſed & ſententiae feci. Quale enim hoc, ut vulgo quidem fertur & a Vir Cl. vertitur? *Ego*, inquit, *prius putabam hoc unum eximium Siciliam habere, quod eaſdem faciat bonos: ſed prae-*

raeterea addebam ex auditu caſeum Siculum bonum eſſe. Bella ne oratio: Putabam *ſolum caſeum bonum* eſſe; ſed poſtea audivi *caſeum bonum eſſe.* Hanccine ut Vir Cl. tam ſecure admirit? Hiccine eſt, qui ſolertia ſua ſuperioris ſaeculi Criticos nge antecellere profitetur?

CCLXXVII.

ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΣ. pag. 330.

In praelonga hac ex Athenaeo ῥήσει, paucula ſunt, quae Casubonum Grotiumque videntur effugiſſe. Verſ. 3.

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἡδύ γ' ἐς' ξυμμιρεῖν
Ἐν ἅπασιν· ἰχθὺς ἁπαλὸς οἷος γίγνεταί μοι;
Οἷον παρεπίθεικ', ὑ πιφαρμακωδμένον;

Haec coacta & duriuſcula ſunt. Lego & diſtinguo:

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἡδύ γ' ἐς' ξυμμιρεῖν,
Ἐν ἅπασιν ἰχθῦν, ἁπαλὸς οἷος γίγνεταί μοι,
Τοῖον παρεπίθου, κὐ πιφαρμακωδμένον.

Nam apud Athenaeum eſt παριτίθει, κὐ. Per omnia talem, inquit, iſcem appoſui qualem acceperam. Mox verſu 7.

Ἀλλ' οἷον ἦν ζῶν, κόπτὸς ἂν τοιοῦτον ἦν.

Illud ἂν ob verſum Grotius addidit; ſed ſententiae nocuit. In Aldina quidem editione deeſt: in Caſauboni eſt ὢν, quod Grotiano illo melius. Vel lege κόπτὸς αὖ, potius quam ἄν. Poſtea verſu 10;

Ὅμοιον ἐγένετ', ὄρνις ὡς ὅταν ἁρπάσῃ
Τῶ κρατιπτῆν μείζον τι, περιτρέχει κύκλῳ
Θηρῶσα τοῦτο κἀμπεσεῖν, περὶ δ' ἐσπόδακεν
Ἑτέρα διωκάθουσα ταὐτὸν· ταὐτὸν ἦν.

Ubi primo verſu ὡς a Caſaubono additum eſt; & tertio θηρῶσα interpolatum: libri enim τηροῦσα. Illud vero vix ſatis mirari poſſum, verſum tertium qui duabus ſyllabis ultra metri leges redundat, & Caſaubono & Grotio fucum feciſſe. Quod ad ſententiam attinet, putide illud κἀμπεσεῖν bis ingeritur: & inepte, quod primo ὅμοιον *ſimile* dictum eſt, poſtea ταὐτὸν *idem* dicitur. Vix dubito, quin auctor ſic dederit,

Ὁποῖον ἐγένετ', ὄρνις ὅταν ἁναρπάσῃ
Τῶ κρατιπτῆν μείζον τι, περιτρέχει κύκλῳ
Τηροῦσα τοῦτο· κἀμπεσεῖν περισπούδακεν
Ἑτέρα διωκάθουσα ταὐτὸν, ταὐτὸν ἦν.

Deinde verſu 20. ſic habetur,

Εἰ δ' ἴλαβον ἄρτι τκάφος, ἢ 'κ τ' Ἀτθίδος
Γλαύκιστον——

Atqui Σκάφος primam ſyllabam corripit: lege igitur ut verſus conſtet,

Εἰ δ' ἴλαβον ἀρτίως σκάφος.——

Verſu denique ultimo,

Ὅταν ὀσφρανθῶσι, πειῶ ζῇν πάλιν.

Ubi Caſaubonus ἅπαν μόνον ὀσφ. reponit; Grotius deterius, Ὅταν τι ὀσφ. Ego ſic potius ſuppleverim,

Ὅτ' ἂν ἀπὸσφρανθῶσι, πειῶ ζῇν πάλιν.

ΦΑΣΜΑ. pag. 334.

CCLXXVIII.

(1) ——— Επεὶ ᾗ ἡ Ρόδη
Κυμβίον ἀκρήτου κατέσεισεν ὑμῖν ἄνω,
———Poſteaquam Rhode
Cymbium meri in vos ſuperne decuſſit.

Ita haec a Viro Clar. diſponuntur; ut verſibus pernicies obveniat. Tu ſic leviter corrige;

———ἐπειδὴ δ' ἡ Ῥόδη
Κυμβίον ἀκράτου κατέσεισ' ὑμῖν ἄνω.

ΧΗΡΑ. pag. 336.

CCLXXIX.

(1) Σάναχρα, ἱπποβαγέλαφοι, βαλιάκια, σαννάκια.

Ut hinc verſus exoriatur, ſic lege,

Σαννακι' ἱπποτραγέλαφοι, βαλιάκια.

Illud σαννάκια varia lectio ſive emendatio erat τῶ σάννακες; ſ. ex margine in textum irreplit; ut ſaepe accidit, praeſertim apud Lexicographos.

PHILEMONIS RELIQUIAE

EX

INCERTIS COMOEDIIS. p. 338

CCLXXX.

(5) Θεὸν νόμιζε κἀ σέβου, ζήτει δὲ μή.
Πλεῖον γὰρ ἥδειν ἄλλο ἢ ζητεῖν ἔχεις.

Mirabar, e quo Barbatiae ſpecu prodiret illud ἄλλο ἢ; ſed mirari deſii, poſtquam apud Stobaeum, Auctorem Comparationum

tionis Menandri & Philemonis, & Grotium ipſum legebam,

Πλεῖον γὰρ ἐδὲν ἄλλο τῦ ζητῖν ἔχεις.

Ergo hoc Viri Clar. facinus erat, qui neſciebat apud Graecos ἄλλος cum genitivo jungi; ut cum ablativo apud Flaccum,

Alium ſapiente bonoque.

Ut erratum igitur hoc tolleret, ἄλλο ἢ clanculum interpolavit; de verſu interim, cadat an recto talo ſtet, tam ſecurus, quam qui nihil ſciat aut ſentiat.

CCLXXXI.

(9) Σὺ γὰρ τίς ἐστὶν, εἰπέ μοι, παῤῥησίᾳ.
Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν ὢν ἄνθρωπος ὤν;
Τὸ δ' ὅλον περιπατεῖς; ἢ τὸν αὐτὸν ἀέρα
Ετέροις συνέλκεις, εἰπέ μοι, τοιῦτος ὤν;
Tu enim quis ſis, dic mihi libere.
Loqueris inter homines, quaſi homo non eſſes?
Univerſumne conculcas? an eundem aerem
Ac alii reſpiras, dic mihi, cum talis ſis?

Grotius ad locum, cujus notas neſcio cur omiſit hic Vir Cl. τίς ἐστὶν, inquit, *noſtra eſt emendatio; vulgo* τί ἐστιν. *Et illud noſtrum,* οὐκ ἄνθρωπος ὢν; *nam quod vulgo legitur,* ὡς ἄνθρωπος ὢν, *corrumpit oppoſitionem. Quaerit enim ex ſuperbo, ſit ne majus quid homine, an hominum unus.* Enimvero hic infeliciter rem geſſit ὁ ϑυμομάστιξ. Principio illud ἐστὶ Poëticum prorſus eſt, neque Scenam Atticam intrare poteſt, ubi ſemper εἶ *es* ſecundae perſonae uſurpant: ἐστὶν vero cum ν paragogico ne apud poëtas quidem auditum eſt. Porro quam hic *oppoſitionem corrumpi* dicat Vir magnus, non intelligo: neque enim hic *ſuperbum* alloquitur, ſed ἀκόλαστον (ut vel Stobaei titulus indicat) hominem *flagitioſum, nequam, nihili, nullius frugis,* qui vel *homo* dici non meretur. Tota ergo via aberravit Grotius, & cum emendatione ſua & cum verſione. Tu lege, ut Stobaeus exhibet,

Σὺ γὰρ τί ἐστιν εἰπέ μοι Παῤῥησίᾳ;
Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν ὡς ἄνθρωπος ὤν; &c.

Locum autem ſic verte;

Tu vero dic mihi, Quid ſit libere loqui?
Tune loqueris inter homines, tamquam homo ſis?
Tune omnino ambulas, aut eundem aerem
Ac alii reſpiras, cum ſis hujuſmodi?

Iners ille, quicumque erat, ſe aliquid παῤῥησίᾳ *libere* locuturum comminatus erat: quo audito Vir hic gravis & honeſtus ſic hominem reprimit & retundit. Jamne apparet, quod dixi, toto

caelo

caelo hic aberraſſe Grotium? Neque vero culpae expers eſt Clar. Clericus, qui illud τὸ δ' ὅλον ἀξιπατῆς verterit, *Universum conculcas*, ἀξιπατῆς *idem hic eſſe* dixerit ac καλπάζεις. Ubi vero hoc auditum? quo auctore? quam inficeta porro ſententia? Tu certe omnes Artis tuae regulas, quotieſcumque ad rem redigere ſtudes, *conculcas* & proculcas.

CCLXXXII.

(11) Εἀν οἷς ἔχομεν τοῖς γε μηδὲ χρώμεθα,
Ἃ δ' οὐκ ἔχομεν ζητοῦμεν· ὧν ἁμὰ τύχῃ
Ὧν δὲ δι' ἑαυτὸς ἐσόμεθ' ἐστερημένοι.

Binos verſus ex tribus confodit Vir Cl. & tamen, ni fallor data opera id fecit, ut laborantibus opem ferret. Scribe, ut apud Stobaeum exſtant,

Ἂν οἷς ἔχωμεν τοῖς γε μηδὲ χρώμεθα.
Ἃ δ' οὐκ ἔχομεν, ζητοῦμεν· ὧν μὴ λάβῃ τύχη.

CCLXXXIII.

(12) Τί ζῆν ὄφελος ᾧ μή 'στι τὸ ζῆν εἰδέναι;

Ita quidem Stobaeus; ſed repone,

Τί ζῆν ὄφελος ᾧ μή 'στι τί τὸ ζῆν εἰδέναι;
Quid prodeſt ei vivere, qui neſcit quid ſit vivere?

Τί abſorptum eſt a ſyllaba praecedente.

CCLXXXIV.

(16) Μανόμεθα πάντες, ὁπόθεν ὀργιζόμεθα.

Si non toties in verſus peccaret Vir Cl. crederemus hoc Typographi ſphalma eſſe pro ὀργιζώμεθα; ut apud Stobaeum extat & Grotium.

CCLXXXV.

(21) Ὦ Κλέων, παῦσαι φλυαρῶν, ἂν ὀκνῇς τὸ μανθάνειν
Ἀνεπιχώρητον σεαυτῷ τ' βίον λήσῃ ποιῶν.
Οὔτ' γὰρ ναυαγὸς, ἂν μὴ γῆς λάβῃ φερόμενος
Οὔτ' ἂν σώσειεν αὐτὸν, ὅτ' ἀνὴρ πένης γεγώς,
Μὴ τέχνην μαθὼν, δύναιτ' ἂν ἀσφαλῶς ζῆν τ' βίον.
Ἀλλὰ ζημία' ἐστὶν ἡμῖν· ἃ γε τάλαντ' ἀπόλλυται.

Κλήμα',

ΚλήμαΣ, οἰκίαι. Τύχης ἢ μεταβολὰς οὐκ ἀγνοεῖς,
Ὅπι τ' εὔπορον πίθηισι πλωτὸν εἰς τ' ἄγειον.
Κἂν μὲ ὁρμιοδῦ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τὸν τῆς
Τύχης,
Ἐβάλετ' ἄσκυρον καθάψας ἀσφαλείας εἵνεκεν.
Ἂν δ' ἀπαιδεύτου μεταχῇ πνεύματος φορούμενος,
Τῆς ἀπειρίας εἰς τὸ γῆρας οὐκ ἔχει σωτηρίαν.
Ἀλλ' ἑταῖροι γ' Φίλοι σοι γ' συνήθεις, νὴ Δία,
Ἔρανον εἰσοίσουσιν· εὖχε μὴ λαβεῖν πείρᾳν
Φίλων.
Εἰ δ' μὴ, γνώσῃ ἂν αὐτὸς ἄλλο μηδὲν, πλὴν
σκιάν.

Elegantiſſimum hunc locum, etſi longiuſculus ſit, totum deſcripſimus; ut eo melius de emendationibus lector judicare poſſit. Verba ſunt patris ad artem aliquam diſcendam filium adhortantis. Neque enim naufragus ſalvari poteſt, niſi terram prehenderit; neque fortunis quis ejectus & nudatus, niſi in arte aliqua praeſidium ſibi habeat. At mihi ſunt, inquies, pecuniae. Domus, praedia. Haec omnia ſaepe uno die Fortuna evertit. Deinde inſit verſu 9.

Κἂν μὲ ὁρμιοδῦ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τ' τ' Τύχης,
Ἐβάλετ' ἄσκυρον καθάψας ἀσφαλείας εἵνεκεν.
Ἂν δ' ἀπαιδεύτου μεταχῇ πνεύματος φορούμενος,
Τῆς ἀπειρίας εἰς τὸ γῆρας οὐκ ἔχει σωτηρίαν.

Hoc eſt, vertente Grotio,

Noſtrum quiſquam, ſi fortunae portum appulerit, anchoram
Dejicit, & ſic extra pelagi ſe locat violentiam.

Quid malum, *fortunae portum* hic praedicat, cujus μεταβολὰς vicissitudines & inconſtantiam jam ante denuntiaverat. Hoc plane eſt ſententiae priori repugnans. Fortuna *ſcopulus* potius, quam *portus* dici merebatur. Equidem miror Virum Magnum non ſubodoratum eſſe veram lectionem;

Κἂν μὲ ὁρμιοδῦ τις ἡμῶν εἰς λιμένα τ' τ' Τύχης,
Ἐβάλετ' ἄσκυρον καθάψας ἀσφαλείας εἵνεκεν.

Si quis, inquit, ex nobis, naufragum fortunarum paſſus, in *Artis* portus penetraverit, Anchoram ibi jacit, & quo ſecurior ſit, alligat. Notus eſt ille Senarius, auctoris incerti,

Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.
ARS hominibus eſt infelicitatis PORTUS.

Mox verſu 11. quid ſodes eſt ἀπαιδεύτου πνεύματος, *indocta tempeſtas?*

peſtas? Haeccine tam patienter ferri? Lege ſine dubio,

Ἂν δ' ἀπαίδευτος μετὰ χειμῶνος φορήμενος.

Artifex, jam dixerat, habet portum, quo ſe recipiat: *At ſi indoctus & iners tempeſtate jactatus ſit*, nihil habet perfugii in ſenectute. Denique verſu ultimo,

——ἴυχε μὴ λαβεῖν πέρας φίλων.
Εἰ δὲ μὴ, γνώσῃς ἂν αὐτὸς ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν.
——*opta amicorum periculum non facere,*
Alioquin ſcies illos nihil eſſe praeter umbram.

Ubi illud γνώσῃς ἂν αὐτὸς ex Caſauboni emendatione adoptavit Vir magnus: nam apud Stobaeum eſt γνώσῃ σεαυτὸν, Scies te nihil eſſe praeter umbram. At mihi quidem vulgata lectio perplacet. Si fortunis tuis exutus, in amicorum benevolentia fiduciam habes, ſcies *te meram umbram* eſſe, & plane periiſſe. Certe fortius argumentum eſt, ſi *ſe miſerum fore* reputet, quam *ſi amicos infideles*. Revocetur igitur prior lectio,

Εἰ δὲ μὴ, γνώσῃ σεαυτὸν ἄλλο μηδὲν, πλὴν σκιάν.

CCLXXXVI.

(23) Φθόνος ἐν ἑαυτῷ τοῦθ' ἓν ὀρθῶς ποιεῖ.
Invidia in ſe ipſa hoc unum recte facit.

Apud Suidam & Grotium recte eſt Ὁ φθόνος. ſed quid ſibi vult illud ἐν αὐτῷ ποιεῖ *ſe ipſa facit*? quis ſic locutus eſt? lege,

Ὁ φθόνος ἐν αὐτῷ τοῦθ' ἓν ὀρθῶς ἔχει.
Invidia in ſe hoc unum recte habet.

Sic in Epigrammate,

Ὁ φθόνος ἐν πάντεσσιν, ΕΧΕΙ δέ τι καλὸν ΕΝ ΑΥΤΩΙ.

CCLXXXVII.

(25) Στεγανῶτα, κοὐκ ἄνθρωπε, κἀσιτοῦμενε
Ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν' ὅταν ἡ χαιρὸς, τυθῇς.
O miles, non homo: & ſaginate
Inſtar victimarum, ut cum tempus fuerit macteris.

Verſus poſterior, qui & in Stobaeo ſic fertur, ſemel iterumque in metrum peccat: lege.

Ὡς τά γ' ἱερεῖ', ἵν' ὁπότ' ἂν ᾖ καιρὸς, τυθῇς.

CCLXXXVIII.

(27. V. 3.) Σικάδα μικρὰ προσφέρων, ὄνου θ' ὅσον
Ὀσμὴν ἄγειν· λαχάνων τι, κἀ νὴ τὸν Δία, &c.

Fruges

Fruges paucas ferens *ager*, vini vero quantum
Ad olfaciendum ſatis eſt; olus aliquod.

Grotius ad locum: *Ita ſenſui conſuluimus; nam in libris legitur,* Οσμὴν λαχάνων ἄγει π. At pace viri magni, ſenſui hic parum conſuluit, verba vero & conſtructionem labefactavit. Lege, ut Stobaeus habet, & diſtingue:

Σικέλια μικρὰ περιφέρων, οἶνον ὅσον
Ὀσμὴν· λαχάνων ἄγγος π.———

Eleganter dixit auctor, οἶνον ὅσον ὀσμὴν, *vini non amplius odorem*: & eadem conſtructione Ariſtophanes in Veſpis,

Τί δῆτ' ἀπειμὶ δεῦρο ὅσον ὅσον ἥλιον.

& Callimachus Epigr. XLIX,

Οὐδ' ὅσον ἀπάξοντά σε διδύξομαι———

ex ſagaciſſimi Bentleii emendatione: nam codices ibi inepte habent ἀπὸ ἄγοντα.

CCLXXXIX.

(28. vſ. 9.) Οἱ δ' ἐπὶ ἑπτὰ Θήβας ἐστράτευσάν μοι, δοκῶ,
Τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα διατηρήσων.
Β. Ὀνησίφορα γένοιτο. Α. Τοῦτο γίνεται·
Ὃ γὰρ φέρει νῦν, οὗτος εἷς ὄνος φέρει.

Ita, inquit Grotius, *correximus, cum apud Stobaeum extaret* διατηρεῖν μόνον. Sed, opinor, rationem hujus correctionis nemo expiſcari poterit: neque cum vertit τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα, *Sepulchrum Niobeidum*, Quid hic faciunt *Niobeides*? aut cur γυναῖκας *mulieres* eas ſolas hic denotent? Equidem ſic potius legerim,

Εἰ δ' ἐπ' ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσάν μοι, δοκῶ
Τὸ τῶν γυναικῶν σῆμα διατηρεῖν μόνον,
Ὀνησίφορα γένοιτο· τοῦτο γίνεται,
Ὃ γὰρ φέρει, νῦν οὗτος εἷς ὄνος φέρει.

Quod ſi ſeptem ad Thebas bellum mihi inferrent,
Videor mihi mulierum augurium ſolum obſervaturus,
ΟΝΗΣΙΦΟΡΑ ΓΕΝΟΙΤΟ. (fauſta ſint.) *hoc quidem fit*;
Omne enim quod ager *fert, unus hic aſinus nunc portat.*

Videtur alludere ad notum eo tempore Drama Tragici cujuſdam (non enim Aeſchyli nec Euripidis) ubi Chorus mulierum ea verba ὀνησίφορα γένοιτο, quaſi omen quoddam uſurpaverint. Jocum quoque captat ex ridicula Etymologia, quaſi ὀνησίφορα eſſent, quae ὄνον φέρειν poſſit.

CCXC.

(29) Κἂν δοῦλος ᾖ τις, ἐλεύθερον, δεσπότα,
Ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

Lege ſine dubio, Κἂν δοῦλος ἦ τις: ſi *ſit* ſervus: non *eſſet* vel *fuit*.

CCXCI.

(31) Τὸν μονιὸν ὄντα κακὴ τύχη τρέφει.
Eum, qui ſolus eſt, mala etiam fortuna alit.

Grotius, cujus notam invidit hic nobis Vir Clar. *a Scaligero*, inquit, *& hoc annotatum erat pro μόνον, ut apud Stobaeum eſt. Poſſet etiam & μοῦνον ſcribi.* At, meo quidem judicio, neutrum hic convenit: non μοῦνος, quia hoc Jonicum eſt, neque Atticae comoediae congruit: non μονιὸς, quia hunc verſum Stobaeus profert ſub titulo *Uxorem ducere malum eſſe*. Atqui μονιὸς plus eſſet quam *caelebs*; non qui matrimonium modo, ſed qui omne humanum commercium & conſortium fugitet. Lego igitur,

Τὸν δ' μόνον ὄντα καὶ κακὴ τύχη τρέφει.

Pendebat hoc a ſuperioribus, quae nunc perierunt.

CCXCII.

(32) Γαμεῖν ὃς ἐθέλει, εἰς μελάνοιαν ἔρχεται.
Qui ducere vult uxorem, ad poenitentiam venit,

Poëtae veteres non ferebant hunc hiantium vocalium concurſum. Quare legendum, πρὸς μετάνοιαν. Quamquam argutius dixiſſet auctor,

Γαμεῖν ὃς ἐθέλει, μετάνοιαν μετέρχεται.
Qui uxorem vult ducere, poenitentiam ambit.

CCXCIII.

(37) Ὅστις πένης ὢν ζῇ, παραζῆν βούλεται,
Ἡ γὰρ σπάνις πρόχειρος εἰς τὸ δρᾶν κακά.
Pauper quiſquis vivit, miſere vivere vult;
Nam paupertas proclivis ad mala facienda.

Grotius illud παραζῆν a Geſnero adſcivit; nam Stobaeus habet παρὰ ζῆν, & in notula addit vir magnus: *Indecore vult vivere, qui pauper vivere durat. At Salmaſius malebat:*

Ὅστις πένης ὢν ζῆν παρ' ὃ ζῇ βούλεται.

At

At cenſuram de Salmaſio agit Vir Clar. & pronunciat *hanc meram eſſe παραδιόρθωσιν*. Teneat vero ſe, moneo, intra cancellos ſuos: haud ſic res ſibi abibit cum Salmaſiis, ac cum Marianacis. Nam illud πεφυζῆν Geſneri & Grotii non minus a ſcriptura, quam a ſententia recedit. Quis ſodes βέλει πεφυζῆν *cupit* miſere aut foede vivere? etiam qui ita *vivunt*, nequaquam tamen *cupiunt*. Illud autem in Salmaſiana conjectura vitii eſt, quod nulla ibi ſententiae redditio eſt: *Quiſquis vult vivere, aliter quam vivit*, quid tum poſtea? ſed operam viro magno feremus, ſic leviter corrigendo:

Πᾶς τις πένης ὢν ζῆν, παρ' ὃ ζῆν, βέλει.
Omnis pauper vult vivere, aliter quam vivit:
Nam paupertas proclivis eſt ad mala facienda.

hoc eſt, cupit paupertatem effugere, etiam per nefas & ſcelera. Poteris etiam propius ad receptam ſcripturam ſic reponere,

Πᾶς τις πένης ὢν ζῇ, παρ' ὃ ζῆν βέλει.
Omnis homo, ſi pauper eſt, vivit aliter, quam vivere cupit.

hoc eſt, egeſtate coactus & impulſus quaedam facit, quae in re lautiore haud faceret: cui apte jam ſubjungitur, *Nam inopia proclivis eſt ad mala ſuadenda*. Atque haec poſterior vera lectio eſt.

CCXCIV.

(38) Νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον, ὦμοι, Σωσία,
Ἔγωγε πρότερον τὸν πένητας ζῆν μόνον
Ὀδυνωμένους τὸν πλουσίων ἢ τὸν βίον
Ἵλαρον πιεῖν, ἢ Φέρειν θυμίαν.
Νῦν δ' αὐτῶν ἀλαφρότητα τοῖς καθ' ἡμέραν
Δαπανήμασιν δὴ τὸν βίον ὀφείλω μόνον,
Λύπας δ' ἔχοντας μείζονας, τοὺς μείζονας.

Ubi verſ. 2. *addidi γε*, inquit Grotius, cujus notas iterum nobis invidit, qui omnes ſe daturum promiſit, *ab verſum*. Sed verius ita ſupplebitur,

Ἐγὼ τὸ πρότερον τοὺς πένητας ζῆν μόνον.

Mox verſ. 5. *illud*, inquit, *ἀντὶ addidi verſui implendo: nam apud Stobaeum eſt* Νῦν ἢ ἀλαφρότητα. At quanto melius eſſet, ut deficeret potius, quam ſic impleretur. Quid enim dactylus facit in loco ſecundo? Gorallianum potius hoc eſt, quam Grotianum. Tu lege, addita literula,

Νυνὶ ἢ ἀλαφρότητα τοῖς καθ' ἡμέραν.

Denique verſu 6. *illud quoque*, inquit, *ὀφείλω ἴσον ὀφῶ verſus cauſſa immu-*

immutavimus. Atqui, ὦ θαυμάσιε, Joniçum illud ὑφ' ἑαυτῷ nihil negotii habet cum Comoedia Attica: & jam pene ignoſco Cl. Clerici negligentiae, qui has notas inſciens praeteriit. Mihi neque δὴ illud placet, iners enim ibi & otioſum eſt: neque τὴν βίαν hic belle repetitur, quod in priore ſententia erat. Locus totus ſic fortaſſis legendus eſt,

Νυνὶ δ' ἀλλοίοισιν τοῖς καθ' ἡμέραν
Δαπανήμασιν, νὴ τὴν Δία, διορᾶν μόνον.

CCXCV.

(39) Ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,
Φθόνον τε, καὶ πήρειαν, κἀμῖσος πολύ,
Πεφύμαλά τε πολλά, κἀνοχλήσεις μυρίας, &c.

Verſu 2, nullo modo conſiſtere poteſt Spondeus loco quarto; & certiſſima eſt Salmaſii conjectura, Φθόνον τ', ἐπήρειάν τε, κἀμῖσος πολύ; quam in textum etiam adſciſcere debuit Grotius. At in verſu 3. eſt quod utrumque effugit; nam ſaepe dixi ab hiatu illo concurrentium vocalium veteres maxime caviſſe. Lege igitur mutatione minima,

Πεφύμασί τε πολλά, κἀνοχλήσεις μυρίας.

id eſt, καὶ ἀνοχλήσεις. Unde perperam Grotius verſu 5. κἀ addidit, ne Senarius eſſet ἀκέφαλος,

Καὶ εἶπε μοιχὸ παῦτ' ἐὰν ἐμοὶ φανῇ.

apage deformem hiatum; & levi opera reſtitue,

Εἶπε μοιχὸ παῦτ'.

Et mox verſu 9,

Καὶ μήτ' ἔχειν με πλοῦτον, μήτε πεφύμασι.

Tu repone,

Καὶ μήτ' ἔχειν πλοῦτόν με, μήτε πεφύμασι.

Ne *Spondeus* in loco quarto Senarium extinguat.

CCXCVI.

(42, vſ. 9.) Δουλεύομεν δόξαισιν, θεσμοὺς νόμους,
Προγόνοισιν, ἐγγόνοισιν οὐκ ἔξ' ἀποτυχεῖν
Κακῶς· πρόφασιν δ' ἀεί τιν' ἐξευρίσκομεν.

Servimus opinionibus, poſt inuentas leges.
Majoribus & poſteris vitare malum non licet;
Sed occaſionem *infelicitatis* ſemper aliquam invenimus.

Ita vertit & diſtinguit Vir Cl. duce Grotio: ſed perperam uterque.

uterque. Quale enim hoc eſt, *Non licet majores vitare malum?* Quid? an miſeriae noſtrae vita functos *majores* quicquam afficiunt? Immo ſic haec diſtinguenda erant:

Δυλεύομεν δόξαισιν, ἰυρήσεσι νόμοις,
Προγόνοισιν, ἐχθροισιν. Οὐκ ἔξ' ἀπαυχεῖν, &c.

Servimus opinionibus, majoribus, poſteris; ut rem, potentiam, gloriam ab illis acceptam hiſce tradamus.

CCXCVII.

(43. v. 9.) ——πάνυ μόλις,
Ὥσπερ τὸ χρυσ' χρέος κεφάλαιον, ἐκτίει
Τὸ σπέρμα, τὰς τόκους ἀνευρίσκων ἀεὶ
Πρόφασίν τιν' αὐχμὸν ἢ πάχνην ἢ ἀποστερῆ.

Reſtituimus, inquit Grotius, *ſenſum verſui, qui vulgo corruptus*: Nimirum ὁ ejecit ante ἀνευρίσκων, & pro ἀπεστερῆ poſuit ἢ ἀποστερῆ. Utrumque infeliciter: nam & verba & ſententiam depravavit magis, quam reſtituit; tu ſic lege & diſtingue;

Αὐτὴ πυνθάνου· ἃ λαβοῦσα πάνυ μόλις,
Ὥσπερ τὸ καπὶ χρέος κεφάλαιον, ἐκτίει
Τὸ σπέρμα· τὰς τόκους ὁ', ἀνευρίσκων ἀεὶ
Πρόφασίν τιν' αὐχμὸν ἢ πάχνην, ἀποστερεῖ.

Ubi ordo eſt, Οὐ λαβοῦσα τὸ σπέρμα μόλις ἐκτίει —— τὰς τόκους ὁ' ἀποστερεῖ. Quid clarius aut rotundius? At Grotius illud ἃ λαβοῦσα cum prioribus connectebat: quo & illis παυτολογίαν impegit, & ſequentibus connexionem abſtulit.

CCXCVIII.

(44) Πολλῶν Φύσις τοῖς πᾶσιν αἰτία κακῶν
Λύπη· λύπῃ γὰρ μανία γίγνεται, &c.

Omnibus multorum malorum naturâ ſuâ cauſa eſt
Maeror: propter maerorem enim oritur furor.

Mirabar, unde elumbis ille verſus prodiret; verum ſtatim inſpectis Stobaeo & Grotio, deprehendi clandeſtinum hoc facinus eſſe Viri Cl. ſed parcemus hic verbis inclementioribus: multo enim ei ſtudio & labore opus eſt, ut ſentiat quantum peccavit, & quam immani flagitio ſe his rebus immiſcuit. Tu modo huc revoca veterem lectionem.

Λύπη· λύπῃ γὰρ μανία γίγνεται.

CCIC.

(45) Οὕτως ὅταν ἐμπέσῃ τις εἰς τ' νῦν φόβος,
Κἀκ ϛ καθεύδειν οὐκ ἐξέρχεϑ'.

Sic ubi incidit quiſpiam in mentem pavor,
Ne e ſomno quidem ille excedit.

Quid ſit ἐξέρχεϑ' ἐκ τοῦ καθεύδειν, *exire ex dormiendo*, fateor me non capere. Equidem lego, Κἀν τῷ καθεύδειν. Cum mens pavore aliquo perculſa eſt; ne in ſomnis quidem ille pavor e mente excedit.

CCC.

(47) Οὔτε γὰρ ἰατρὸς ὠφελεῖς, ἂν εὖ σκοπῇς,
Τοὺς αὐτοὺς αὑτῷ βέλεϑ' ὑγιαίνειν φίλους.

Et Stobaeus & Grotius recte habent, Τοὺς αὐτοὺς αὐτοῦ: ubi ordo eſt, αὐτὸς βέλεϑ' τοὺς αὐτοῦ φίλους. Sed Vir Clar. & verſus & phraſeos ignarus utrique injuriam fecit, temeritatis poenas diu daturus.

CCCI.

(48) Μόνῳ δ' ἰατρῷ τῶπ᾽ χ' συμφόρᾳ
Ἔξεστιν ἀποκτείνειν μϑν, ἀποθνήσκειν δ' μή.

Ante duas conſonantes, quarum neutra liquida eſt, ſyllaba corripi non poteſt. Repone igitur,

Ἔξεσ' ἀποκτίνειν ———

CCCII.

(49) Πολλάκις ἔχων τις ὅτε ἀναγκαῖα νῦν,
Ἄυριον ἐπλούτησ', ὥστε χ' ἑτέρους τρέφειν.

Scias, cui acceptum referas lepidum illud ἀναγκαῖα; quod bis verſum jugulat; nam Stobaeus Grotiuſque πἀναγκαῖα habent. In poſteriori verſu commune peccatum eſt? Lege,

Πολλάκις ἔχων τις ὅτι πἀναγκαῖα νῦν,
Ἄυριον ἐπλούτησ', ὥστ' χὠ πίνειν τρέφειν.

CCCIII.

(51) Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, δέσποτα,
Αὐτοὶ δι' αὑτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ Φύσει

Οἷον

Οἷον, τέθνηκεν υἱὸς ἢ μήτηρ τινί,
Ἦ, νὴ Δί', ἄλλων τ' ἀναξκαίων γέ τις,
Εἰ μὲν λάβῃ τοῦτ', Ἀπέθανε, ἄνθρωπος γὰρ ἦν,
Τοσοῦτον γέγονε τὸ κακὸν, ἠλίκον περ ἦν.
Ἐὰν δ', Ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκ ἔτ' ὄψομαι,
Ἀπόλωλεν, οὐ ἑαυτῷ ἐὰν τοῦτο σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖς οὗτος ἕτερα συλλέγῃ κακά.
Ὁ γὰρ τῷ λογισμῷ πάντα παρ' ἑαυτῷ σκοπῶν
Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δ' λαμβάνῃ.

Indignor equidem hunc locum tam negligenter a Grotio habitum esse; & vereor ne frontem perfricet Pseudocriticus, & ex Viri magni erratis patrocinium suis quaerat. Haud tamen sic evadet; aliter enim peccant vere eruditi, aliter ignari & qui primos se omnium rerum putant, cum merae umbrae volitent. Versu 5. lege sine dubio,

Εἰ μὲν λαλῇ τοῦτ', Ἀπέθανε, ἄνθρωπος ἦν.

Si hoc loquatur, Mortuus est. Quid enim huc facit λάβῃ? Versu 6. in secundo loco dactylus est, prorsus contra morem. Scribe minima mutatione,

Τοσοῦτο γέγονε τὸ κακὸν, ἠλίκον περ ἦν.

Versus 8. a Grotio interpolatus deformem hiatum ostentat; nonus vero syllabam redundantem gerit. Apud Stobaeum pro ἐὰν τοῦτο est τοῦτο ἰδών. Tu sic utrumque corrige,

Ἀπόλωλεν· οὐ ἑαυτῷ τοιοῦτος ἂν σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖσιν ἕτερα συλλέγει κακά.

Denique versu ultimo, & hiatus est, & dictionis vitium: Repone certissime,

Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖ, τἀγαθὸν δ' λαμβάνει.

CCCIV.

(56) Ἄνθρωπος ὁ δήπουθεν οὐκ ἐς ἐδαφεὶς
Ὧι μὴ κακόν τι γένηται, ἢ γένηται.
Ὁ ποιέων δ' ἐλάχιστον τὸ γεγενημένου,
Ἀμφότερον οὗτος εὐτυχεῖ τε καὶ φρονεῖ.

Ita posui, inquit Grotius, ἄνθρωπος ὃ pro το, γένοιτ' apud Stobaeum est ἄνθρωπος εἰ. Nollem vero, ita posuisset: quid enim, obsecro, est ὁ οὐκ ἐδαφεὶς? Portentosum plane. Tu lege certissime,

Ἄνθρω-

Ἄνθρωπος εἶ δήπουθεν, ὧν ἓν ἀθλιεῖς.

Homo es utique: quorum ne unus quidem ſine malo vivit. Mox verſu 3. *Ita*, inquit, *ob verſum ſcripſi ὁ πονῶν pro Stobæum ὁ ποιῶν.* Itane vero *ob verſum?* cum in locum quartum intruſerit dactylum contra leges Senarii? quid porro eſt πονῶν? quouſque Vir magnus cum Atticis Ionica miſcebit? Noli dubitare, quin ſic corrigendum ſit,

Ὁ πονῶν δ' ἐλαχίστῳ τὸ μεγιστηφόρον κακόν.

ἐλαχίστῳ inquam, non ἐλάχιστον, *qui minimi facit, aeſtimas.*

CCCV.

(59) Θανεῖν ἀρεῖόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.
Praeſtat mori, quam vivere miſere.

Ἀρεῖόν hic certiſſime correxiſſe ſibi viſus eſt Vir Cl. (voluit autem ἄρειον) nam Stobaeus & Grotius ἄμεινον habent. Quale enim, apud ſe dixit, eſt ἄμεινον ἢ *optimum, quam?* Hoc quidem recte. Sed ubique eum infelicitas ſequitur, ſive quid clam, ſive palam interpolare audeat. Attici quippe, etſi ἄμεινον dicant, numquam tamen dicunt ἄρειον gradu comparativo: hoc poetis Ionicis relinquunt. Sic igitur corrigendum erat.

Θανεῖν ἄμεινόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.
Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖττον, ἢ τέναι κακῶς.
Mori optimum eſt, non vivere miſere:
Nam non eſſe melius eſt, quam male eſſe.

Stobaeus quidem & Grotius verſu poſteriore habent ἢ τὸ ζῆν κακῶς: ſed ipſius ſententiae ductu τέναι ſive τὸ εἶναι legendum. Ceterum Vir Clar. hunc verſum callide omiſit; ſi enim ἄρειον legas, idem bis dicetur inſipida περιλογία.

CCCVI.

(64) Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἀπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφυγέναι τὸ Θεῖον, ὡς λεληθότας, &c.

Ita quidem Clemens & Euſebius exhibent; ſed Juſtinus poſt verſum ſecundum haec interſerit, Καὶ γῆν καλύψει ὡς λαὶ ἅπαντ' εἰς χρόνον. Unde non magna mutatione ſic locum conſtituo,

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ
Καὶ γῆν καλύψει, κἀπὸ ἓξ ἅπαντ' εἰς χρόνον
Πεφευγέναι τὸ θεῖον, ὡς λεληθότας;
Putaſne mortuos, O Nicerate,

Omni

Omnis luxuriae in vita participes,
Terram operturam esse? & ex illo in omne aevum
Effugisse eos Numen, tamquam latentes?

Certe illud λελησότας *latentes* longe aptius commodiusque infertur post γῆν καλυκαλύψειν *terram operturam esse*; quam si absque illo inferatur: Jam autem versus septimus & octavus sic ex eodem Justino constitui debent,

Εἰ γὰρ δίκαιος κἀσεβὴς ἴξυσιν ἴσον,
Ἅπαξ ἀπόλοιτο, κλέπτ' ἀσεβέτω, κύκα.

Nam loco prioris Clemens & Eusebius habent, Καὶ εἰ τὸν δύο καλύψει ἡ γῆ, φασι, τῷ πάντι χρόνῳ; quae corrupta sunt & depravata ex altero illo quem modo apud Justinum correximus. Grotius vero utrumque ponit, ad hunc modum,

Εἰ γὰρ δίκαιος κἀσεβὴς ἴξυσιν ἴσον,
Ἡ γῆ δὲ καλύψει τὸν δύο τῷ πάντι χρόνῳ.

At posteriore hoc opinor, tam incondito & male nato, sine gravi jactura carere possumus: etsi Vir Cl. caecus de coloribus, pronuntiet, *Optime haec esse a Viro summo emendata, & facili mutatione.* Tu vero *tuis te teneas Damasippe*; neque de versuum concinnitate te judicem constituas. At sententiam saltem pravam esse subodorari debebas: *Si justus*, inquit, *& impius unum exitum habebunt, & ambos terra occultabit omni tempore.* Immo vero, ex Philemonis sententia, ambos pariter occultabit: non enim hic dogma Christianum de corporum resurrectione propugnat; sed εἰν ᾅδᾳ *in inferis* judicium futurum dicit; ubi animae impiorum torquebuntur; corpora vero non resurgent, ut neque piorum. Jam, opinor, intelligis alieno haec loco posita esse, neque a Philemone vel Diphilo proficisci potuisse: sed si Justinum [illegible]me sequeris, omnia constant, & optime habent.

CCCVII.

(65) Ὀρῶσι πάντες πρῶτον, εἶτ' ἐθαύμασαν,
Ἔπειτα δ' ἐθεώρησαν, εἶτ' εἰς ἐλπίδα
Ἐνέπεσαν· οὕτω γίνετ' ἐκ τούτων ἔρως.
Omnes vident primum, deinde mirati sunt,
Postea sunt contemplati, deinceps in spem
Inciderunt: sic nascitur ex hisce amor.

Non commode haec procedunt, neque, uti debuit, crescit sententia. Quippe θωρεῖν idem fere est quod ὁρᾶν. Sed hoc a Grotio est; qui in notis, apud Clementem ait esse Εἶτ' ἐπιθυμῆσαν. Cur non igitur, quod proximum erat, reposuit,

Ἔπειτ' ἐπῃωρῆσθαι, εἶτ' εἰς ἐλπίδα?

Nam & δ' inconcinne hic intervenit; & ἐπῃωρεῖν apprime convenit, *ſtudioſe contemplari*. Lege porro σκέπτεσθαι: nam ἴσκω Graece non dicitur, niſi dialecto Boeotica aut Alexandrina.

CCCVIII.

(67) Ἐάσαθ' ὅπως ἂν ἔχειν· τὸ πῦρ μόνον
Ποιεῖτε τοῖς ὀπτοῖσι μήτ' ἀνειμένον
(Τὸ γὰρ τοιοῦτ' οὐκ ὀπτόν, ἀλλ' ἑφθὸν ποιεῖ)
Μήτ' ὀξύ· καταχάει γὰρ ὅσ' ἂν ἔξω λάβῃ,
Τοῦτο πάλιν εἰς τ' σάρκα δ' οὐκ εἰσδύεται, &c.

Illud ἂν in primo verſu a Grotio eſt; apud Athenaeum enim deeſt. Caſaubonus conjecit, Ἐάσαθ' ὅπως τοῦτ' ἔχειν: melius quidem quam Grotius; nam ἂν alieno prorſus loco ibi ponitur. Quippe ſic potius dixiſſet Poeta, Ἐάσατ' ἂν ὅπως ἔχειν. Sed vera & certa lectio eſt, quam nunc tibi profero,

Ἐάσαθ' ὅπως, ὡς ἔχει· τὸ πῦρ μόνον.
Sinite haec eſſe, ut ſunt, ut habent.

Illud ὡς abſorptum eſt a ſyllaba praecedente. Mox in verſu ultimo prava diſtinctio eſt: quod vel illud δ' perito ſatis indicat: tu ſic interpunge;

——— Καταχάει γὰρ ὅσ' ἂν ἔξω λάβῃ
Τοῦτο πάλιν, εἰς τὸ σάρκα δ' οὐκ εἰσδύεται.

Ignis, inquit, lentus elixum magis quam aſſum facit: at *contra vehemens ignis omne extrinſecus urit, neque tamen intra carnem penetrat.*

CCCIX.

(73) Ἅπαντα κυκᾷ κ' μεταστρέφει τύχη.
Omnia miſcet & evertit fortuna.

A Grotio eſt illud κυκᾷ, & perperam omnino: quippe priorem ſyllabam corripit. Revocanda eſt lectio veteris codicis,

Ἅπαντ' ἂν κυκᾷ κ' μεταστρέφει τύχη.

CCCX.

(74) Πρόσεστιν ἄρα κ' τῷ πένητ' ἀπιστία. &c.
Adhaeret ergo & pauperi incredulitas.

Male hic ἀπιστίαν *incredulitatem* vertit Vir Cl. Paſſive enim hic ſignificat ἀπιστία, & ſic vertendum erat, *Adhaeret ergo & pauperi Non credi:* ſed quid ſodes illud eſt κ' *etiam* pauperi adhaeret?

haeret? an & divitibus adhaeret? Hoc plane ſequentibus repugnat. Nimirum hoc Grotio debemus: vetus codex habebat, Πρόσεστι ὁ τῷ πένητι ἀπιστία: unde ſimpliciſſima emendatio naſcitur,

Πρόσεστιν αἰεὶ τῷ πένητι ἀπιστία.

vel, Αἰὶ πρόσεστι τῷ πένητι ἀπιστία.

CCCXI.

(75) Ἐὰν γέρων γένοιτο πλούσιος γεγὼς,
Καλὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἐπὶ τούτῳ μόνον.
Ἔχει γε χειραγωγὸν τ' πλοῦτον γέρων.

Nullo pacto hic ſtare poteſt Spondeus in loco quarto: quod & ſenſit doctiſſimus Rutgerſius, ſic verſum conſtituens,

Τὸν χειραγωγὸν πλοῦτον ὁ δ' γέρων ἔχει.

Sed hic ſcaber eſt & inficetus. Putide quoque repetitur ὁ γέρων. Non auſim ſpondere, me verba auctoris daturum eſſe: non indignum tamen eo fuerit, ſi ſic legas,

Πλοῦτον γὰρ ὅτις χειραγωγήσειτ' ἔχει.

CCCXII.

(81) Καλῶς ποιήσας μὴ καλῶς ὠνείδισας.

Lege, ut apud Grotium habetur,

Καλῶς ποιήσας ὐ καλῶς ὠνείδισας.

& verſu ſequente,

Ἔργον καθ' ἥλιος πλούσιον πλουχῷ λόγῳ,

placet Danielis Heinſii emendatio,

Ἔργον καθ' ἥλιος πλουσίῳ, πλουχὸς λόγῳ.

CCCXIII.

(85) Ὡς εὐφυὲς ζῶον ὁ κοχλίας, νὴ τ' Θεόν.

Verſus hic aequo longior: aut repone cum Rutgerſio;

Ὡς εὔφυὴς ὁ κοχλίας, νὴ τ' Θεόν,

aut ſic potius,

Ὡς εὐφυὲς ζῶον κοχλίας, νὴ τ' Θεόν.

CCCXIV.

(89) Ἐὰν μεγίστην ὁ Φίλος ἢν λέξει πόλιν,
Σὺ τ' σεαυτῷ πατείδα μὴ νπουλείνης.
Ἐχθρὺς ποιῆσι τὺς Φίλυς αἱ συλλείσεις.

Illud ἀνπουκελίης, quo nihil deformius eſt, cum in fine Senarii Spondeum faciat, Grotio acceptum referimus; qui *ita ſe verſum ſupplevisſe* memorat, cum antea eſſet μὴ συκρίης. Nimirum exiſtimabat id verbum penultimam corripere. Equidem ſic legerim:

Σὺ τλῶ σεαυτῆ παιδίσκα μὴ συγκρῖν', ἐπεὶ
Ἐχθρὰς ποιοῦσι τὰς φίλας αἱ συγκρίσεις.

CCCXV.

(90) Ἐξὸν γυναικὸς ἐξόπιθ' ἐλευθέρας
Κατόπιν βλέπειν θεράπαιναν ἀκολυθεῖν καλὴν,
Ἐκ τῆ Πλαταιϊκῆ τ' ἀκολυθοῦσάς τινα
Ταύτῃ καλιλλώπιειν;
Licetne a tergo mulieris liberae
Adſpicere ancillam pulchram ſequi,
Et ex Plataeico uſque proſequentibus quaedam
Cum ea garrire?

Haec ex Clemente Vir Cl. & felicius quidem ſolito in verſus digeſſit; ſententiam tamen & verba pro more corrupit. Cur enim καπιλλώπιειν (ſic lege) vertit *garrire?* credideram eſſe *nictari, nutare, limis & amatoriis oculis adſpicere.* Sed coactus eſt *garrire* interpretari, quia τινὰ neutro plurali *quaedam* hic acceperat. Ita ex uno errato aliud progignitur. Apud Clementem eſt παρακολυθοῦντι, non ἀκολυθοῦσας: unde certiſſima emendatione ſic locum repono:

Ἐξὸν γυναικὸς ἐξόπιθ' ἐλευθέρας
Βλέπειν θεράπαιναν κατόπιν ἀκολυθεῖν καλὴν
Ἐκ δὲ Πλαταιϊκῆ παρακολυθοῦντά τι τινὰ
Ταύτῃ καπιλλώπιειν.
Cum videre liceat pone faeminam ingenuam
Formoſam ancillam incedere ex Plataeico,
Et quendam comitantem huic oculis nictare.

In verſu ſecundo ſervavimus verborum ſeriem, uti extant apud Clementem, quae nullo commodo inverterat Vir Clar. qui inſuper, cum *interrogationis ſignum addidit*, etiam ſententiae injuriam fecit.

CCCXVI.

(92) Ἀλλ' οὐ Σάμῳ μὲν τῆ λιθίνῃ ζώῃ ποτὲ
Ἄνθρωπος ἠρώτηκε, εἰς ἣ τ' νεὼν
Κατέκλεισεν αὐτόν. ——

Sed

Sed in Samo quidem lapidei animalis aliquando
Homo quidem amore captus eſt, & in templum
Seſe abdidit. ——

Eleganter quidem apud Athenaeum Alexis de re eadem λιθίνην κόρην *lapideam virginem* dixit; ſed λίθινον ζῶον *lapideum animal* duri quid & abſurdi in ſe habet. Quin, ſi pravae metaphorae ignoſcas, ζῶον non hic magis mulierem indicaverit, immo minus, quam beſtiam: quod ab auctoris mente alieniſſimum. Legerim igitur,

Αλλ' ἐν Σάμῳ μὲν ἔ λιθίνα ξοάνα ποτέ.
Sed in Samo quidem lapideam ſtatuam amavit.

CCCXVII.

(93) —— δύο εἰ λάβοι
Τάλαντα, χρυσῆς ἔχων ἓξ ἀποίσεται.
—— duo ſi acceperit
Talenta, aureos habens ſex abibit.

Specta hic, lector, eruditionem Viri Clar. & *Crimine ab uno Diſce hominem.* Principio, non ſenſit in eo Senario binos pedes male incedere; neque, quod factu facillimum, verba ad rectam ſeriem reducere potuit. Deinde ἀποίσεται vertit *abibit*; quaſi futurum tempus eſſe a themate ἀποίχομαι, *abeo.* Cum vel diſcipuli in ludo Grammatico ſciant ἀποίχομαι in futuro dare ἀπιχήσομαι; ἀποίσομαι vero duci a praeſente ἀποφέρομαι.

Hiccine eſt Telamo ille, modo quem gloria ad coelum extulit?
Quem adſpectabant, cujus ob os Graii ora obvertebant ſua?

Tu vero, Lector, hunc ſuas res ſibi habere jube, & ſic mecum lege,

—— δύ' εἰ λάβοι
Τάλαντα, χρυσοῦς ἓξ ἔχων ἀποίσεται.
Duo talenta ſi acceperit, ſex aureos habens rependet.

CCCXVIII.

(94) Μῦς λευκὸς ὅταν αὐτὴν τις· ἀλλ' αἰσχύνομαι
Λέγειν· κέκραγε τηλικοῦτον ἡ κατάρατος
Μαστροπὸς, ὥστ' ἂν ἔτι πολλάκις λαθεῖν.
Quando illam mus albus. Sed pudet me dicere,
Clamabat uſque adeo exſecranda lena;
Ut non liceat ſaepius latere.

Iterum tibi Viri Cl. eruditionem metiri hinc & aeſtimare licet. Primo ex tribus verſiculis binos dedit poplitibus ſucciſu claudos & ad ambulandum impotentes. Vocem καπήρατος, quae frequentiſſime apud Comicos occurrit, & cujus ratio ſyllabica notiſſima eſt, in Senarii fine poſuit; neſciens eam habere tertiam productam. Tum μαιρωπὸς verſu 3. poſuit, vitioſa ſcriptura: ubique enim ſcribendum eſt μαιροπός. Ita demum interpretatur, ut ſatis ſe oſtendat ſententiam loci ne per nebulam quidem vidiſſe. Tu ſic lege, & verte;

Μῦς λευκὸς, ὅταν αὐτλῷ τις (ἀλλ' αἰσχύνομαι
Λέγειν) κέκραγε τηλικοῦτον εὐθὺς ἡ
Καπήρατος· ὥς' οὐκ ἔστι πολλάκις λαθεῖν.
Mus albus eſt: ſiquando eam aliquis (ſed pudet
Dicere) continuo ita clamat ſceleſta,
Ut ſaepe non liceat occulte id facere.

Ne literam quidem apud Aelianum mutavimus: praeterquam quod ejecimus illud μαιροπὸς, quod ex praecedente verſu Epicratis,

Ημῖν ὑπῆλθεν ἡ καπήρατος μαιροπὸς,

male hic a Librario repetitum erat. Senſus vero eſt, Ὅταν αὐτλῷ τις αὐοδῇ, Ἀλφαλτικοῦ. *Mus albus* genere ἐπικοίνῳ de muliere accipiendus eſt μισογυνικῶς: id enim hic agit Aelianus, ut, Epicrate & Philemone auctoribus, oſtendat τὴν θῆλυν μῦν *murem feminam* omnium eſſe libidinoſiſſimam. Quare Aeliano ipſi repugnat Vir Cl. cum vertit, *Quando illam mus albus.* Sed in tota ejus verſione nihil ſani eſt.

CCCXIX.

(96) Σαυτὸν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀσυδάμας ποτέ.
Te ipſum laudas, ut olim Aſtydamas.

Ex Apoſtolio hoc adducit Vir Cl. Cur autem ex recente Scriptore, quod apud Veteres habetur Zenobium & Suidam, cujus ſcripta ille compilavit? Ex eodem etiam citat illud num. 95.

Νόσον πολὺ χρεῖττόν ἐστιν ἢ λύπην φέρειν,

Quod apud Stobaeum fertur ἐκ Διαθοῆς, titulo De moerore. Sed, ut haec ei condonemus, qualis peritiae eſt Senarium a trochaeo σαυτὸν inchoare? Vera lectio apud priſcos illos habetur,

Σαυτῷ ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀσυδάμας, γύναι.
Te ipſa laudas, mulier; ſicut ſe Aſtydamas.

Vide Zenobium & Suidam; quorum poſterior Epigramma illud φορτικὸν Aſtydamantis habet, quod huic adagio originem dedit; id hic ponemus, ut obiter emendetur;

Εἰθ' ἐγὼ σὺ κείνοις γλυφόμην, ἢ κεῖνοι ἅμ' ἡμῖν,
Οἱ γλαφυρὴν πίρπτης σχῶπε δεκοῦν φέρειν.

Ὡς

Ὡς ἐπ' ἀλλήλοις ἐκρίθην ἀφρήτοις παροιμιῶν.
Νοῦν ἢ χειμὼν παρέχυσε, οἷς φθόνος οὐχ ἵππος.

παρέχυσε in verſu ultimo, quod apud Suidam fertur, poſtolius habet ἐπισέχυσε; quorum utrumque non eſt nauci. ege,

Νοῦν ἢ χειμὼν ἐπισέχυσε, οἷς φθόνος οὐχ ἵππος.

CCCXX.

(97) ——μεθύει, ἀραγραμμίζει, κυβεύει.
——ſeſe inebriat, ludit calculis, talis.

Mirum profecto Criticae artificem! qui ex Euſtathio haec ſic collocat, quaſi prior pars verſui deeſſet, haec autem poſterius colon conſtituerent. Quid ergo? Senarius terminari poterit trochaeo & ſpondeo? Immo contra Senarii initium haec faciunt, cui finis ſuus deeſt;

Μεθύει, ἀραγραμμίζει, κυβεύει.——

CCCXXI.

(99) ——Λίθον μὰ τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς Θεούς,
Οὐδέποτ' ἐπείσθην· οὐδὲ γὰρ πεισθήσομαι.
Ὡς τοῦτ' ἐγένετο.

Verſum ita imple;

Λίθον μὰ εἶναι τὼ Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς.

CCCXXII.

(101) Ἡ μὲν χελιδὼν αὐτὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ.
Hirundo, o mulier, ipſum ver nunciat.

Quid? an neſciebas χελιδὼν ſecundam ſyllabam producere? qui hoc vulgatiſſimum ignorat, is in humanioribus literis plane hoſpes eſſe debet. Lege ſine dubio, & verte,

Ἡ μὲν χελιδὼν τὸ θέρος, ὦ γύναι, λαλεῖ.
Hirundo quidem, o mulier, aeſtate loquitur:

Tu vero per totum annum. Nam hujuſmodi quid ſtatim a tergo ſecutum eſſe, ex Scholiaſte colligo: verba ibi Ariſtophanis ſunt:

Οἱ μὲν γὰρ ὧν τέττιγες ἕνα μὴν' ἢ δύο
Ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσ' Ἀθηναῖοι δ' ἀεὶ
Ἐπὶ τοῖς δικῶν ᾄδουσι πάντα τὸν βίον.
Cicadae quidem uno vel altero menſe tantum
Super ramis canunt: Athenienſes vero
Super litibus canunt ſemper per omnem vitam.

Ad

Ad quae notat Scholiastes, Παρὰ τοῦτο *Horum imitatione,* ὁ *Philemon dicit,* Ἡ μὲ χλιδὼν &c. Quid? jamne intelligis me recte divinasse? Ubi vero erat acumen tuum, quo tantopere te jactitas, qui hoc videre non potuisti? Esto enim, ut rei metricae ignorantiam contemtu ipso vindices; te istas minutias spernere, gravioribus studiis deditum esse (quamquam ne hoc quidem sic tibi abibit: cur enim σεσῖκα, & nullo cogente, te illis minutiis immiscuisti?) at certe toties te judicio & acumine caruisse, qua tandem fronte hoc a te amolieris, qui prae te soles quos spernere?

CCCXXIII.

(102) Χαλεπὸν ἀκροάτης ἀσύνετος καθήμενος,
Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας ἑαυτὸν οὐ μέμφεται.
Molesta res auditor stupidus sedens,
Nam prae stultitia semet non reprehendit.

Qualem vero hic exitum fecit, Vir Clar. Lectori valedicens? Quis enim vel sine libris non statim emendaverit,

Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται.

Hoc vel versus ipse flagitat, & ita plane editio prima Theophili per Gesnerum exhibet. Sed manum nunc de tabula.

Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, hem tempus est.

FINIS.

RICHARDI BENTLEII
EPISTOLA
AD Cl. V.
JOANNEM MILLIUM
S. T. P.

Cl. Viro
JOANNI MILLIO,
S. T. P.

Richardus Bentleius S.

Memini equidem, Milli doctiſſime, cum abhinc dies compluſculos deambularemus una, ſtrenueque de literulis noſtris ſermones caederemus; ibi forte fortuna de Joanne Antiochenſi mentionem fuiſſe injectam: cumque me deſiderium cepiſſet librum adhuc muſteum videndi, priuſquam in lucem publicam, te curante, exiret; ea me lege id abs te impetraviſſe, ut ſiqua in tam depravato ſcriptore emendationem noſtram accipere poſſent, ea in ſchedulas conjecta ad te mitterem. Duram profecto conditionem, quamque adeo multis de cauſis nollem acceptam. Nam ut omittam, quod ex illo fere tempore à meliori librorum & chartularum mearum parte, & (quod acerbius mihi accidit) à jucundiſſima tua conſuetudine longe disjunctus ſim; quodque ſemel duntaxat hunc Malelam properans percurrerim, nec ut ſecundas, quas ſapientiores eſſe aiunt, curas & cogitationes adhiberem, ullo adhuc pacto potuerim animum inducere: ut illa, inquam, atque alia praeteream; pudet hercle, ut verum fatear, pigetque bonas horas, quae haud paulo melius collocari poſſent, in tam ingrato & ignobili labore conſumere. Sed quid faciam? data eſt fides: promiſſa flagitantur. Video, quod mihi egomet intrivi, exedendum eſſe. Liceat modo, ſiquando in hac ἀναισχυντίᾳ faſtidium mihi ſuborietur, aliunde petere quod fluentem nauſeam coerceat. Dabitur itaque poteſtas & venia evagandi identidem longiuſcule; dummodo ne plane ἔξω τῆ ἰλαιῶν, neque levibus de cauſis. Hoc autem ſcias velim in primis; non mihi conſilium eſſe de Joanne iſto qui cujaſve fuerit, quando vixerit, aut à quibus laudatus ſit, omnino verbum facere: cum diu ſit quod omnem iſtam controverſiam ſuſcepit amiciſſimus noſter atque eruditiſſimus Hodius. Quippe aliud eſt, inquam, Scriptionis hujus inſtitutum: quae vereor equidem ut ſatis ex voto & feliciter mihi vertat. Ita ſane praeſagit animus, ita in ipſo limine conſpicio, quod etiam fortiſſimo terrorem incutiat. Si-

quidem recte narrat Malelas pag. 90. edixiſſe nimirum atq
interminatum eſſe Orphea, ne quiſquam mortalium palam fa
cerit τὰ Ελικεπαῖα. ἔ, ait, ὄνομα ὃ αὐτὸς Ορφεὺς ἀκούσας ἐκ
μαντείας ἐξεῦρε, Μῆνα φάναι τὰ Ελικεπαῖα, ὥσπερ ἑρμηνεύει τῇ πρ
γλώσσῃ, βυλὴ, φῶς, ζωοδοτήρ. Ego vero cum haud ſim ne
ſcius, quam acerbos olim vindices deos hominesque habuer
qui μυσήρια ἐξορχήσασθαι & Eleuſinae Matris occulta proferre au
ſus ſit; quî ſciam, annon ipſe ſimilem in me noxam admittam
ſi Myſterium hoc Orphicum ſacro hactenus ſilentio celatum
evulgavero? Neque adeo clam me eſt, O Milli ſuaviſſime, quam
audax impulſu tuo in me meoſque facinus conſciſcam:

Sed tua me virtus tamen, & ſperata voluptas
Suavis amicitiae quodvis diſcrimen adire
Suadet, & inducit dias in luminis oras

horribile illud arcanum protrahere. Bono vero animo eris, ca
pitique & aetati meae parces metuere; ubi μορμολυκείῳ iſto de
tracto, putidiſque illis μή ποτα φάναι τὰ Ελικεπαῖα in malam rem
ablegatis aliquo, veterem illuc & veram lectionem quaſi poſtli
minio reduxero. Ea haec eſt: οὗ (ſcil. ὄνομα ὃ αὐτὸς Ορφεὺς ἀ
κούσας ἐκ τ μαντείας ἐξεῦρε Μῆνα, Φάναι τα, Ελικεπαῖον. Orpheus
ait, per oraculum edoctus eſt Dei nomina Μῆνα eſſe & Φάνη
& Ελικεπαῖον, quae communi ſermone interpretata hanc habe
vim & ſententiam, Βυλὴ, Φῶς, Ζωοδοτήρ.

Porro hiſce nominibus Deum Orphicum vocari non deſun
mihi locupletes certiſſimique ſane auctores. Damaſcius περὶ τ
πρώτων ἀρχῶν MS. in Bibliotheca Coll. Corporis Chriſti Oxoni
p. 156. Ἐν μὲ τοίνυν ταῖς Φερομβράις πυθίαις ῥαψῳδίαις Ορφικῇ
ἡ θεολογία δή τις ἐστιν ἡ περὶ τ νοητὸν (scil. κόσμον) ἣν καὶ οἱ φιλόσ
φοι διερμηνεύουσιν, ἀπὸ μ τ μιᾶς τ ὅλων ἀρχῆς τ χρόνον πθίπτ
ἀπὸ δ ταῖν δυοῖν Αἰθέρα καὶ χάον, ἀπὸ δ τ ὠῷ ἁπλῶς τὸ Ω
ἀπολογιζόμενοι, καὶ τελεύτα πυθίῳ πρώτῳ πειθόντες· εἰς δ τὸν δί
τερον τελεῖ ἥτοι τὸ κυκλοῦμενον καὶ τὸ κύον Ὠὸν τ θεὸν, ἢ τ ἀρχῆτε χρῆ
ἢ τὸν Νεφέλην, ὅπ ὀνθρώσκει ὁ ΦΑΝΗΣ. ἀλλοπ γ
ἄλλα φασὶ δ μάστ φιλοσοφῆσαι, τοῦτο μ ἀσφαλὲς ἂν εἴη ὡς τ νῦν, ὡς
πατέρα καὶ δύναμιν ἄλλα τινὰ προσεπινοοῦντες ἐοίκ τῷ Ορφεῖ πρόσ
κεισθαι· τὸν δὲ τελευτῶν τ ΜΗΤΙΝ τ ΗΡΙΚΕΠΑΙΟΝ ὡς δύ
ναμιν, τ ΦΑΝΗΤΑ αὐτὸν ὡς πατέρα. Idem ibidem p. 106.
ὅθεν πηγὴν μὲ πηγῶν αὐτὸ (τὸ Εν) χαλδαῖοι παῖδες ἀνεφθέγξαν
Ορφεὺς δ μικτὴν σπέρμα φέροντα θεῶν, Φοίνικες δ αἰῶνα κοσμικὸν
ὡς πάντα τὸ ἑαυτῷ συναγρυπνοῦντα. Locus corruptus. Lego: Ορφεὺς δ
ΜΗΤΙΝ σπέρμα φέροντα θεῶν ——— Et pag. 125. Οὐχ
ὁ κὴ Ορφεὺς λέγ δ Ὠῷ παραγει. καὶ τ Νεφέλης χαλίσης (hac mo
do occaſione cogita, an in loco ſuperiore pro ἀργῆτα reponi
placeat τ ῥαγέντα χιτῶνα ἢ νεφέλαν) τ πολυτίμητον φάνη, ὡσπ
ſequun-

. ἐ ἰκῶν· ὁ τῷ ἰδίῳ ἐπιτηδεύματι. ἢ μᾶλλον ὡς πᾶσι, & quae quuntur. Lege & distingue: τὸν πολυτίμητον ΦΑΝΗΤΑ, γαθὸν καὶ ἐκεῖνον &c. Et praeterea p. 124.

Ἔνθεν ἀποθρῴσκει γένεσις πολυπιδάκεα ὕλης,

ὃ ἔστι πανταχοῦ μὲν ἡ πᾶσιν ὁπαίνης οἱ θεοὶ χρησμῳδοῦσιν· ἀλλὰ καὶ ὀρφεὺς τὸ πολυτίμητον τοῦτον θεὸν ἀνευφήσαιμι, τὸ σπέρμα φέρουσι θεῶν ἀκτὶν ἐρικυδέα, καὶ ἐξ αὐτοῦ πάντα ἐκφοιτᾶν ἀπασιν τοῖς τε θεοῖς καὶ ἀνθρώποις. Enimvero non leviter mendis aſperſa eſt haec ῥῆσις, quam conſtitues: ὁ Ορφεὺς τὸ πολυτίμητον τοῦτον θεὸν ἀνευφημεῖ.

ΜΗΤΙΝ σπέρμα φέρουσα θεῶν κλυτὸν ΗΡΙΚΕΠΑΙΟΝ.

agina denique 164. Τοῖον ἀπέπιλβε χρόον ἀθανάτοιο ΦΑΝΗΤΟΣ, ubi legendum χροὸς, ut quidem extat apud Proclum:

Θαῦμα ἰδὼν καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον,
Τοῖον ἀπέπιλβε χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

dem Proclus in Parmenidem MS. haec habet: ὁ μὲν γὰρ Ορφεὺς ἀπὸ τῆς κατασκευῆς τοῦ ΦΑΝΗΤΟΣ ἐν τῷ Διὶ τὸ πρῶτα γεννητικὸν φησιν. ἐπειδὴ αὐτόπατορ μὲν καὶ ἀγαθοῦ ἐκεῖνο, δεύτερος δὲ καὶ δημιουργὸς τὸ πάντα ἀνιφάντα τὸ τε ἰσχυρὸν πάντα αἴτιος. & in Alcibiadem priorem MS. ſic ſcribit: Καὶ μετὰ ταῦτα καὶ ὁ Πλάτων εὑρὼν παρ' Ορφεῖ τὸν αὐτὸν τοῦτον τὸν Ερωτα καὶ μίαν μίξαν ἀποκαλούμενον, ἀγαπᾷ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ Ερωτος τοῦτον ὕμνον· ὡς μὲν γὰρ τοῦτον νοῦν λέγων ὁ Θεολόγος,

Αὐτὸς Ερως καὶ ΜΗΤΙΣ ἀταύθαλος. ——

πάλιν·

Οἷσιν ἐπεμβεβαὼς Δαίμων μέγας αἰὲν ἐπ' ἴχνη.

περὶ δὲ τοῦ νοητοῦ νοῦ καὶ ἀμιγήτου,

Καὶ ΜΗΤΙΣ πρῶτος γενέτωρ καὶ Ερως πολυερπής·

καὶ πάλιν·

Εἷς κράτος, εἷς Δαίμων γένετο μέγας, ἀρχὸς ἁπάντων.

Multa prudens & ſciens praetereo, quae ex Athenagora, Macrobio, Orphicis Hymnis, tum autem praecipue è Proclo in Platonis Timaeum adferre poſſem: ne forte qui me minus norunt, Pauli Leopardi ſcrinia me compilare exiſtiment. Inde petere poſſunt, vel a Theodoro Cantero, qui plura de his rebus ſcire deſiderent. Nam quid ego cenſeam de illorum ſententia, qui ſignificationem mendoſi verbi Ερικεπαῖος ex anilibus Cabbaliſtarum

rum nugis conantur exſculpere? ſed nolo aliquid inclementer dicere. Non noſtrum eſt κεφάλους ἐπιμωαίνειν. Veniam etiam libenter dedero, ſi minus ea perſpexerint quae à multis ſaeculis homines latuerunt, caligine & tenebris circumfuſa. Nam ut concedam haec, quomodo à me emendata ſunt, ita à Joanne fuiſſe concepta; quod equidem haud facile crediderim: Suidae tamen & Cedreni temporibus depravatum eſſe hunc Malelae locum illud argmento eſt, quod hi interpretamenta duntaxat ex noſtro afferant, de verbis Orphei ὐδὴ χθό. Illud autem mihi videor ſatis certo ſcire, non Te expectare, ut vim verbi Ηελικταίω & naturam explicem: Tune ut ineptas plerumque & caſſas Etymologias conſectari me velis? Dabitur jusjurandum, ne ab Orpheo quidem ipſo hoc fieri potuiſſe. Scire prius aveo, unde illa vulgaria, Διόνυσος, Ηφαιστος, Ποσειδῶν. Διόνυσος, ait Orpheus apud Macrobium, ἀπὸ τῦ διυεῖν originem ducit:

Πρῶτος δ' εἰς Φάος ἦλθε, Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη,
Οὕνεκα διυεῖ) καὶ' ἀπείρονα μακρὸν ὄλυμπον.

Addend. p. 70. Ride, & ad hoc exemplum crede alia fuiſſe dicturum. Nec quidem de ſignificatione τῦ Ηελικταίω belle convenit ſcriptoribus. Secundum Malelam, Suidam & Cedrenum eſt ζωοδοτήρ. Noſti hos tres, quam ad unum redeant denique. At Nonno in σωναγωγῇ ἰητρείων, Phanes eſt ζωοδοτήρ. Ericepaeus aliam vim habet neſcio quam. Λύσεσι ἢ αὐτὸν τὸ Φάνητα ἴσοφορον εἶναι τὸ ζωσιγονῦ δυνάμεως, ὁμοίως καὶ τὸ Ηελικταῖον λύσεσιν ἐτέρας ἴσοφορον εἶναι δυνάμεως. Quamobrem, ſi ſapiam, non operam perdam in Etymologia hac inquirenda: magis ex uſu fuerit, in quibus primum inſtiti veſtigiis pergere; & ſiqua reſtent Orphica apud Malelam, quae correctione opus habeant, pro virili reſtituere.

Sic igitur refingo locum quem habes p. 89.

Ω ἄνα, Λητῦς ἰῷ, ἑκατηβόλε Φοῖβε χραταιὲ,
Παντεχνὲς, θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσων,
Ηέλιε, χρυσέαισιν ἀφρόμφε πτερύγεσσιν,
Δωδεκάτῳ δὴ τῳδὲ τοκὰί σεο ἔκλυον ὀμφῆ,
Σεῦ Φαμένης, σέ δ' γ' αὐτὸν, ἑκηβόλε, μάρτυρα θείλω.

Tertio autem verſui ſimillimus & maxime geminus ejuſdem ſcriptoris eſt alius in Hymno ad Protogonum:

Πρωτογόνον καλέω διφυῆ μέγαν αἰθερόπλαγκτον,
Ωογενῆ, χρυσέαισιν ἀγαλλόμενον πτερύγεσσιν.

At

t vir bonus Joannes, atque item Cedrenus, ne in librarios cul-
am hanc transferas, τὸν πλέυμα arbitrabantur esse generis vi-
lis. *En cor Zenodoti, en jecur Cratetis!*

Multo vero gravius affectus est locus pag. 92. ita poëtae ver-
a non modo cum interpretamentis Malelae confusa sunt atque
ommixta; sed & insuper mendis obsita & cooperta. Illa qui-
em certe μὴ ἀλφ' μηδὲν veritus est Cedrenus describere, quippe
uae nullo prorsus modo intellexerit. At memini vidisse Excerp-
a quaedam manu Patricii Junii ex Chronico quodam penes Cl.
eldenum manuscripto: ubi inter alia ejusdem farinae haec
Orphica habebantur, corrupta ea quidem & mutila; nihilomi-
us in quibus extarent vestigia verae lectionis: siquidem ibi
criptum erat μὴ ἀλφ' μὰ μηδὲν. Proinde de hoc loco mihi nul-
a dubitatio est, quin in versiculos reponi debeat ad hoc ex-
emplum:

Θῆρές τ' οἰωνοί τε βροτῶν τ' ἀλιτήεια φῦλα
Αχθεα γῆς, εἴδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν
Εἰδότες, οὔτε κακοῖο παρερχομένοιο νοῆσαι
Φράδμονες, οὔτ' ἄποθεν μάλ' ἀποφρέψαι κακότητος,
Οὔτ' ἀγαθῷ παρεόντος ὀπιφρέψαι τε ϗ ἕρξαι
Ἰδμῆες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι.

Ad hunc Orphicorum numerum non dubito adscribere quae ex-
tant pag. 30. etsi ea Mercurio Trismegisto attribuant Malelas,
Suidas, Cedrenus, Autor Chronici Paschalis, & de quo post-
modum plura MS. Baroccianus. Scilicet ab auctoribus multo
plus idoneis, S. Justino in Paraenetica ad Graecos, & S. Cyril-
lo adversus Julianum ad Orphea ἐν τοῖς ὕμνοις referuntur: ubi
etiam veram hujus λέξεως scripturam offendes. Malelas enim
cum suo grege antiquam adeo hic consuetudinem obtinent, ut
nihil sentiant. Proxime autem ad Joannis verba accedes, si ita
legeris:

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε θεῷ μεγάλῳ σοφὸν ἔργον,
Ὁρκίζω σ' αὐδῇ πατρὸς, ἣν ἐφθέγξατο πρῶτον,
Ηνίκα κόσμον ἅπαντα ἐὴ σπείξατο βουλῇ.

Ficta illa & commentitia oracula quae habes p. 42. 79. &
172. adeo misere ac foede accepta sunt, ita verba poetica in
quotidianum sermonem immutata, ut vix invenias disjecti mem-
bra poetae. Quamobrem in iis recolligendis redintegrandisque
frustra

frustra operam conterere non libet; praesertim cum Jamblichus ipse satis aperte fateatur, se quae ἀλλὰ σίχων scripta fuerant, εἰς τὸν κοινὸν ἀφέλκτην immutasse. Veram, ut beem aliquam tam optabili nuncio, est liber Oxonii annos abhinc puto 200. calamo exaratus; in quo non pauca extant Oracula Maelanis hac germanissima: quae si omnia hic in lucem proferam, quando bella occasio est, sane (quod in Graecorum proverbio est) pro tella videatur operculum invenisse. Spero etiam me gratiae aliquantulum initurum ab hominibus illis perelegantis judicii; qui Oracula quae vulgo feruntur Sibyllina tanquam ab anu fatidica Noachi filia fusa venerantur. Adeste igitur O vere σιβυλλιῶται, lotisque manibus sacra haec tangite.

Χρησμοὶ ϗ Θεολογίαι Ελλήνων Φιλοσόφων.

I.

Ερμοῦ μεγίστου τοῦ Παντοκράτορος.

Ακοιμήτου πυρὸς ὄμμασι λήγεις, ἀθόμου αἰθέρος ζωογενῶν ἰλίκων ἑρμαίου κραταίνων, λαίλαπι μιθίσσων νέφη, τύπτομαι μὴ χωρῶν εὐκίνητον, ἄφθιτον αἰώνιον παντεπίσκοπον ὄμμα πατέρα τὸ ὅλον θεὸν ὀπτεύω μόνον, ἀπ' ἀδύτου ἔχοντα ἀρχὴν ἄγγελον ἕνα μοῦνόν σε ὄντα μόνῳ ἐκ σοῦ γεγαῶτα υἱόν, ὃν ῥαίμῃ ἀπορρήτῳ ϗ ὀξυτέρᾳ φωνῇ ἴδιοι τοῦ ἀφθόνως ϗ ἀπαθῶς ἀπηχοῦντος λόγῳ ἐγέννησεν (lege ἐγέννησας) θεὸν ὄντα, τὸν ὑσίαν ἐκ τῆς ὑσίας, ὃς σε ϖᾶσαν τὸν κόσμον ϗ (leg. κατὰ) πᾶν ὁρατὸν φέρει, ὅτι ἐκεῖνος ἔν σοι, σὺ ϗ ἐν ἐκείνῳ, κάλλη ἔσσαγεγε ἀλληλεύφαντον αὐγάσματον. (leg. ἀλληλοδυφάντων αὐγασμάτων.)

II.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ Τειάδος.

Ην φῶς νοερὸν ἐν φωτὶ, ut apud Malelam habentur p. 29.

III.

Τοῦ αὐτοῦ Προσευχή.

Ορκίζω σε, Οὐρανὲ, θεοῦ μεγάλε &c. Vide Mal. p. 30.

IV.

Ασκληπιέλους.

Ακάμαντος φύσις θεοῦ, γνώστως ἐκ ἔχουσα ἀρχὴν, ἐξ αὐτῆς δ' ὁ πανοδύνης ὑσίαν λόγος.

V.

V.

Σόλωνος Αθλωάιθ.

Οὐκ ἐφικτὸν μοί ἐστι πᾶσι τοῖς ἀμυήτοις εἰπεῖν, ὅτι ὁ φανερῶς μεμηνὼς πλὴν ὃ νοεῖν ἀκούει (leg. τῷ νοεῖν ἀκούειν) ὅπ ἀτής ἐστιν ἡ μετ' ὀργὴν μεγάλης * φλογὸς ὑπερβάλλων, ὃν τρέμουσιν θεμιτοὶ γαῖαί τε καὶ θαλάσσαι, ἀθανάτων, ἀπαίτης, τρισόλβιος. Confer haec cum Malelanis pag. 79.

VI.

Θεκυδίδθ.

Τὸ ἐν τέλα καὶ τὰ τέλα ἓν, ἄσπερκον θεσπικόν, Γᾶ τέτοκε τὰ ὀργᾶ θρύπτομεν.

VII.

Χίλωνος.

Γίνες ἐκ γᾶς καπλῶν χρήμων ὕδωρ ἐπείνει. Τὸ ὑπέρπλεον τᾶς ἕλκει ἄπον ἐπινεῖ· ὁ φρὴ ἐ πενόμενος, ἀλλ' ὡς πάντων θεὸς καὶ κόσμος καὶ πατήρ.

VIII.

Πλεταρχθ.

Ο παλαιὸς νέος, ἐ ὁ νέος ἀρχαῖος. ὁ πατὴρ γόνος, καὶ ὁ γόνος πατήρ.

IX.

Αντιόχθ Κολοφῶνος τοῦ Τελάδος.

Ἦν νῦς εἷς πάντων νοερώτερος * εἰ δέ γε ἔστιν
Τᾷ ἄπο παγγενέτης νοερὸς λόγος ἄφθιτος αἰεί
Υἱὸς ἀπαυγασμὸς νοεροῦ παιρὸς, εἷς ἅμα πάντι,
Ἐν μὲ ἐπωνυμίῃ * εἰ δέ γε ἔστιν ὡς ἀπὸ πατρὸς,
Εἷς ἐὼν πέλεται σὺν παντὶ καὶ ἐξ ἑνὸς εἷς, μία τάξις,
Παιρὸς ..... ὁμόζυγος ἄφθιτος αἰεί
Πνεύματι σὺν πρώτῳ ἁγίῳ καὶ σπερμάτος ἀρχῇ.

Uno verbo, ne neſcias, te monitum velim in libro MS. ſic legi: Ὃ ἀποπαγγενέτης νοερώτερος λόγος ἄφθιτος υἱὸς ἀπαύγασμα. Sed nihil erat facilius, quam in verſus concinnare. Quivis etiam emendare poſſit Κολοφωνίου vel ἐκ Κολοφῶνος. Illud fortaſſe pluſculum habet difficultatis, quiſnam ſit ille Antiochus conjectura aſſequi. Et profectò nimis velim extaret Nicandri Colophonii

liber περὶ τῆ ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν· mirum enim, ni ex animi ſententia hoc negotium conficeremus. Nunc vero quandoquidem iſte liber, ut alia omnia καλὰ, vel flammis, vel humore, vel inertibus tineis conſumtus eſt; eum optimum vatem arbitremur, qui illud in re tam ancipiti protulerit, quod ſit veri ſimillimum. Opportune autem venit in mentem Xenophani illi Colophonio filium fuiſſe nomine Antiochum, quem res Siculas & Italicas ſcripſiſſe multi commemorant. Verum accidit perincommode, quod is etſi patre natus Colophonio, tamen neſcio quî Syracuſius vocetur. Alius proinde quatiendus eſt funis. Placetne ut pro Antiocho reponatur Antiphanes? Athenaeus lib. 7. Μνημονεύει αὐτοῦ Ἀντιφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐν τῇ Θηβαΐδι λέγων ὕστως,

Η ὕκκλω, ἢ ἵππον, ἢ ὃν κίχλω καλέουσιν.

Sed mihi crede, nuſquam fuit gentium Antiphanes ille Colophonius: Quippe, quod à doctiſſimo Caſaubono non animadverſum eſſe demiror, pro commentitio iſto Antiphane reponendus eſt Antimachus, notiſſimus autor Thebaidos & Lydes, uti memorant ipſe Athenaeus alibi, Etymologicon, Heſychius, Suidas, Quintilianus, aliique bene multi. Huic autem Antimacho vix equidem dubito quin putidos hos verſus affingere voluerint. Quo quidem conſilio nihil inconſultius eſſe potuit aut dementius. Proclus in Commentario Timaei diſtinguens poeticam ἔνθεν ἀπὸ τῆ τεχνικῆς, illius exemplum τὸν χρησμὸν, hujus τὸ Ἀντιμαχειον ponit. Adeo ut Antimachum χρησμῳδὸν fingere, ſit prorſus ἄνω ποταμῶν. Totus erat Antimachus in arte & opera: nihil habuit ἐξ ἐνθουσιασμοῦ, nihil ex afflatu furoris, & coeleſti illo mentis inſtinctu, ſine quo nullum poema ſani coloris, nedum Oracula naſci poſſint.

X.

Ερώτησις Ιάσονος βασιλέως τῶν Αργοναυτῶν εἰς τὸ Πύθιον τῦ Απόλλωνος.

Περφήτευσον ἡμῖν, Περφήτα Τιτᾶν & quae ſequuntur; ut habet Malelas p. 94.

XI.

Πλάτωνος.

Γενητὸς ὑδὶς ἱκανὸς γνῶμης ἀφανῆς ἰδῖν αἰθητήριον φόως ἢ μόνῳ θεῦ ὡς αἰπὺ ἔ παντὸς γνωτὸν ψυχὴν δυναμβρι (leg. δυναμβρη) ἰδῖν· εἰς ἢ αἰπος ἔ παντὸς, εἰς ἓ ἐξ αὐτοῦ ἀλλ' αἶος (leg. ἄλλος) ὁ εἰς, καί ποτ οὐτὸς ὁ εἰς οὐκ ὢ χρόνῳ, αἰδίος ἢ ὁ εἰς κ συναΐδιος.

XII.

XII.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ Χειρός.

Οὐδενί τις ἐπὶ τῶν πολυχειδῆ πύτμον εἰλάσσῃ γᾶν, καὶ δίκα σφαλερὸς σαρξ ἡμένει, ἀκμωάτοις ἡότητος ὀφρις ἀνιώτων παλάμῃ φήρεν, καὶ τοῦτο φθίνος ἡμένει ἐξ ἀπίστου λαοῦ καὶ σοὶς ὕψος μιμνοδέστην ὡς ἡνιάτοι κρατιδίκας (leg. ἡνιάτῳ κρατιδίκος) πάντα πρήσας (leg. πρῆξας vel δρήσας) πίστην.

XIII.

Χρησμὸς τοῦ Απόλλωνος δοθεὶς ἐν Δελφοῖς περὶ Χειρός.

Εἰς μοι βιάζεται ὑρφνιον φῶς, καὶ ὁ παθὼν θεός ἐστιν, καὶ ἡ θεότης ἔπαθεν αὐτὴ. ἄμφω γὰρ βροτόσωμος καὶ ἄβροτος αὐτὸς θεὸς ἤδὲ καὶ ἀνὴρ, πάντα φέρων παρὰ πατρὸς ἔχων τὰ μητρὸς ἅπαντα, παιτὸς ἔχων ζόων ἄλκῃ, μητρὸς δ' ἀπτῆς ταυρὸν, τάφον, ὕδειν ἀνίην καὶ λὰξ βλεφάρων κοπιχόωσα τὰ δάκρυα θερμὰ ὁ πίπτει χιλιάδας ἐν πίπτ πυρῶν κορίσαι (leg. σας) τὸ γὰρ θέλειν ἄβροτος ἄλκῃ. Χειρὸς ὁ ἰδὼς θεὸς ἐστιν ἐν ξύλῳ πανυσθῆ ὃς (leg. πανυσθεὶς) θάνεν· ἐς ἐκ παθῶν εἰς παθῶν ὅλκαν.

Miris modis haec perturbata ſunt; magnam tamen partem in verſus ſuos nullo negotio redigi poſſunt in hunc modum.

Εἰς με βιάζεται ὑρφνιον φῶς———
Καὶ ὁ παθὼν θεός ἐστι, καὶ ἡ θεότης πάθεν αὐτή.
Αμφω γὰρ βροτόσωμος ἔλων ἠδ' ἄβροτος αὐτὸς
———θεὸς ἤδὲ καὶ ἀνὴρ,
Πάντα φέρων παρὰ πατρὸς, ἔχων τὰ μητρὸς ἅπαντα
Εκ παιτὸς μὲν ἔχων ζόων ἄλκῃ———
Μητρὸς δὲ ἀπτῆς ταυρὸν, τάφον, ὕδειν, ἀνίην.
Τῶ καὶ ἀπὸ βλεφάρων πολὺ χεύατο δάκρυα θερμά.

XIV.

Αζάνυ περὶ τ Θεοτόκυ.

Τιμήσωμεν τὴν Μαριὰμ, ὡς καλῶς κρύψασαν τὸ μυστήριον.

Sine dubio loco Αζάνυ emendandum eſt Οζάνυ. Oſtanes magus & Zoroaſtres etiam indoctis cognitiſſimi. Theodoro Meliteniotae Praefatione in Aſtronomiam non Oſtanes dicitur, ſed Οὐάνης. Quae fortaſſe vera ſcriptura eſt: nam & apud Herodotum

dotum non unus eſt Otanes Perſa: & vero Magus ille natione fuit Chaldaeus. Theodori locum deſcribam, quod ibi plurimorum Magorum nomina videas, quos alibi fruſtra quaeſieris. Ἐν οἷς (χαλδαίοις) ἄνδρες τι πλεῖστοι γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἀνὴρ τε μάλιστα Ζωροάστρης ὁ μετ' ἐκεῖνον Ὀτάνης, ὁ τε Κιδηνᾶς, ὁ Ναβουριανὸς καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σωσίθεος, ἀλλὰ καὶ Σίλευκος ὁ ἀπὸ Σιλευκείας χαλδαῖος καὶ ἄλλοι εἰσί.

XV.

Θέλις ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς ἐπαρθεὶς τοῖς καταρράσμασιν ἠρώτησεν εἰς τὸ μαντεῖον τῷ Εὐριπίδῃ περὶ αὐτῷ ἔπος.

Φράσον μοι πυριθενὲς &c.

ut Malelas p. 26.

Hominem ſane feſtivum, qui Euripidem χρησμολογοῦντα nobis exhibuit. Quidni autem, inquies? cujus ex μαντείῳ hoc editum eſt,

Μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς,

oraculum quidem, quo nihil verius ac ſapientius; quale nunquam aut Bacis fudit, aut Comicus iſte Glanis, aut

Pythia quae tripode ex Phoebi lauroque profata eſt.

Sed extra jocum: ſine controverſia corrigendum eſt Σαράπιδος· cui Canobi templa dicata ſunt; etiam Alexandriae & Memphi. Narrat Strabo miris quoſdam laudibus efferre τὰς ἀρετὰς τοῦ Σαράπιδος εἰς Κανωβον λογίων. Haec ſcripſeram, cum ſero animadverti apud Suidam in voce Θοῦλις ita legi αὐτολιξεί, uti prius ex conjectura emendaveram.

Dubitantem me & quo proxime me vertam circumſpectantem ad ſe vocat Sophocles, indignis ſane modis a Joanne acceptus p. 47. Ὁ γὰρ σοφώτατος Σοφοκλῆς δρᾶμα ἐξέθετο καὶ ποιητικῶς εἶπεν ὅτι ὁ Τειρεσίας τὸν Παλλάδα εἶδε λουόμενον καὶ γυνὴ ἐγένετο. Ego vero quovis pignore contenderim nihil uſquam de fabella iſta profectum a Sophocle, quanquam ab aliis paſſim memoretur. Cum enim omnes fere titulos Sophoclaeorum Dramatum beneficio Grammaticorum veterum habeamus, nullum eſt ubi Tireſiae perſona locum habere poſſit, praeterquam una Trilogia, Oedipus Tyrannus, Antigone, & Oedipus in Colono: ſic enim ſentio: ſive Tetralogiam malis, accedo; ut fabula Satyrica, ſicut omnes omnium praeter Cyclopem Euripidis, periiſſe videatur. Quanquam enim affirmet Suidas, ὅτι ὁ Σοφοκλῆς ἦρξε τοῦ δρᾶμα ἀντὶ δραμάτων ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν· ſcimus tamen ex Didaſcaliis non ex omni parte verum hoc eſſe. Vide modo

Addend. p. 70.

odo Ariſtophanem Grammaticum in Argumento Medeae Euri-
idis. Atqui haud commemini fabellam iſtam de Tireſia in trinis
is narrari, neque ibi reperiri poſſe arbitror. Prima haec eſt erga
ophoclem contumelia. Deinceps, Οἷον, ait, ἐξήμτο Σοφοκλῆς ἐν
οἷς αὐτῦ συγγράμμασι ταῦτα ἀληθείας εἶναι. Εἷς ἐστιν ὁ θεὸς ὃς τ
ρανὸν &c. O hominis ſtuporem, & ἰδιωτείαν meram! Apud au-
ſtorem, unde haec habuit Antiochenſis, ſine dubio ſcriptum erat
d hoc exemplum: Καθὼς ὁ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστιν
θεός. Homo ſtolidus interpunctione falſa jugulavit verſum, miſe-
eque diſperdidit. Nimirum ab ἀληθείαισιν diſtinctionem poſuit,
rum oratio poſt εἶπεν ſuſtineri debuerit. Sed efficiam ut poſthac hi
verſiculi ſano ſaltem pede poſſint incedere. Sic igitur emendo:

Ἐν ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἔστιν θεὸς,
Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα καὶ νέμων βίας;
Θνητοί τε πολλὸν καρδίᾳ πλανώμενοι
Ἰδρυσάμεθα πημάτων τῷδε ψυχῇ,
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων ἢ χαλκέων
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ 'λεφαντίνων τύπους.
Θυσίας τε τούτοις καὶ κενὰς πανηγύρεις
Τεύχοντες ὥσπερ εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Ita fere leguntur apud Juſtinum, Clementem, Euſebium, Theo-
doritum, & partim Athenagoram; adeo ut demirer interpre-
tem Chilmeadum, hominem ſane pereruditum, in luce tam
clara minus ſolito perſpexiſſe. Sed non te celabo, quod pace
ſanctorum virorum dictum velim, vehementer me ſuſpicari
non eſſe haec a Sophocle. Id adeo cur in animum inducam,
ſi me interroges; dico, permirum mihi praeter alia videri, tam
illuſtrem locum Eccleſiaſticis ſolis incurriſſe in oculos, aliorum
omnium aciem effugiſſe. Quî factum, uti dormitaret hic Plu-
tarchi diligentia? Quî Porphyrium praeterire potuit τοῦ λόγου
ἰσχὺν tam inſigne teſtimonium adverſus τῶν θυσιῶν τὰς παρα-
νόμους σφαγάς, ut ad hunc locum ait Theodoritus? Ubi tu,
Stobaee, ceſſaſti, literarum oblivio? tu, qui tot forulos Biblio-
thecarum excuſſiſti, Sophoclis autem & Euripidis monumenta
ſtudioſe praeter caetera lectitaſti. Adeone paucos è Patribus,
quid Patres autem dico? unumne aliquem tenebrionem, qui
ſuppoſita perſona librum ediderit (ut & olim & hodie nonnul-
lorum opinio eſt, neque adeo injuria) caeteris omnibus perſpi-
caciorem & diligentiorem fuiſſe? Clemens enim aperte & in-
genue

genue fatetur Hecataei ſe fidem ſecutum, apud ipſum Sophoclem omnino non legiſſe. Ὁ μὲν Σοφοκλῆς, ait Strom. v. ὃς φησιν Ἑκαταῖος ὁ τὰς ἱστορίας συντιθέμενος· ἐν τῇ κατ' Ἀβραμιον καὶ τὰς Αἰγυπτίας. Illud autem exploratum habeo tam a Juſtino & Clemente Patres alios accepiſſe, quam Juſtinum & Clementem commentitii ejus Hecataei auctoritate tradidiſſe. Quem ad hominem demum, & quam nulla fide res redierit, vides. Ille ne ut Sophocli verſiculos aliquot vereretur affingere, qui illum ipſum, quo eos adduxit, librum ediderit ſimulata perſona Hecataei? Ipſa praeterea oratio de ſe facit indicium. Non agnoſco illud χαλκέων, & πολλὸν ſumptum, ut aiunt, adverbialiter, eſſe hominis Attici, aut in Tragoedia ferri poſſe. Qualis enim haec foret confuſio dialectorum, & ut ait ille, ſartago loquendi? Oportuit enim πολὺ & χαλκῶν. Χαλκέων quidem à χαλκεὺς Attice dixeris; minime gentium à χαλκεὺς, non magis mehercule quam ἀγαπάω vel Ἀριστέλεω. Χρύσεα, ait Phrynichus, ἀργύρεα, κυάνεα, χάλκεα πᾶσα Ἰακὰ Ἀλεξιμήδει· χρὴ δὲ λέγειν χρυσᾶ, ἀργυρᾶ, κυανᾶ τ' Ἀτθικίζοντα. Χρυσᾶς λέγε, τὸ δὲ χρύσεος Ἰακὸν, ὡσαύτως δὲ ἀργυρᾶς, χαλκοῦς, κυανοῦς, καὶ πᾶσαν ὕλην. Rogo denique, cui perſonae haec oratio conveniat? Quave Sophocles fiducia die feſto Ludorum (non alias enim in ſcena quam Panathenaeis ac trinis Liberalibus Tragoediae docebantur) illos ipſos dies feſtos & Ludos ſolennes in contemptionem adduceret? Iſtuccine ſe impune laturum ſperaret? Nonne Aeſchyli periculum cautiorem eum faceret, qui, quod in Siſypho opinor πεζοκυλισῇ ad Cereris myſteria curioſius videretur alludere, niſi ad aram Bacchi confugiſſet, illico trucidatus eſſet in Scena: poſtea etiam in Areopago de capite ſuo cauſam dixit? Habes, amice, ſuſpiciones noſtras: tu tuique ſimiles rem cognoſcite, & ſententiam ferte; non Βικκιστέλλιοι quidam, πολυμαθεῖς ſine pectore & mente,

ἀνέρες ὧν τὸ κέαρ
Παλῶ σείσακλαι καὶ δυσεκνίπλῳ τριχός.

Praeclare vero actum eſt cum Sophocle, quod à χρηστοήθει noſtro non niſi ſemel ad falſum teſtimonium dicendum citatus ſit: Euripides autem, qui Malelae erat paulo familiarior, graviſſimas iſtius conſuetudinis poenas ſuſtinuit; adeo quidem ut non minus incommodo hoſpite hoc Antiochenſi, quam olim Promeri canibus uſus eſſe videatur. Non erit, opinor, ab inſtituto noſtro alienum, ſi locos omnes accuratius aliquantum examinem, in quibus Euripidis mentio fit: &, quoad ejus facere potero, fabularum titulos, quo ſinguli quique loci referuntur, oſtendam. Dabitur fortaſſe occaſio ex interioribus literis

teris aſpergendi aliquid: memores tamen erimus, ut ſpondeo, verbi veteris, quo admonemur

Τῇ χειρὶ σπείρειν, μηδ' ὅλῃ τῇ θυλάκῃ.

Quae igitur habes pag. 39. Περὶ ἧς (Δανάης) ἱστορολόγησεν Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος ἐν τῇ συνωιδῇ ἐξ αὐτῆ δράματος & quae ſequuntur, è fabula *Danae* deſumpta ſunt. Laudat hanc Pollux lib. 4. cap. 16. Stobaeus autem non ſemel, ut & aliam Sophoclis ſimiliter inſcriptam. Harum alterutram, magis tamen Euripideam, latine convertit Naevius, cujus Danae Nonio Marcello citatur. Plutarchus Conſolatoria ad Apollonium: Ὁ δὲ πυγμαθέρμων τὴν Δανάην δυσπινθῆσιν Δίκτυς φησι.

Δοκεῖς τ' ἀΐδην σῶν τι φροντίζειν γόων
Καὶ παῖδ' ἀνήσειν τ' σὸν, εἰ θέλοις τέκνα;
Παῦσαι βλέπουσα δ' εἰς τὰ τ' πέλας κακὰ
Ῥᾴων γένοι' ἂν, εἰ λογίζεσθαι θέλοις
Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐκμεμόχθηνται βροτῶν
Ὅσοι τε γηράσκουσιν ὀρφανοὶ τέκνων
Τύς τ' ἐκ μεγίστης ὀλβίας τυραννίδος
Τὸ μηδὲν ὄντας. ταῦτά σε σκοπεῖν χρεών.

Erravit eruditiſſimus Grotius in Excerptis; cum in verſu quarto reposuit, Ῥᾴων φέροις ἄν. Nihil enim magis uſu tritum, quam ῥᾴων εἶναι, melius habere, hilariore animo eſſe, convalescere. Etiam pueri hoc ſciunt. Erravit, cum in verſiculo quinto emendare conatus eſt ἐμμεμόχθηνται. Non enim magis μοχθῶμαι dixeris, cum μοχθῶ ſit verbum neutrum, quam πάσχομαι aut κάμνομαι. Sine dubio ſcriptum oportuit,

Ὅσοι τε δεσμοῖς ἐμμεμόχλευνται βροτῶν.

vel

Ὅσοι τε δεσμοῖσι μεμόχλευνται βροτῶν.

Erravit denique, cum locum hunc ad hanc, de qua agimus, Danaen referendum putavit, qui omnino ex Euripidis Dictye accerſitus eſt. de quo conſule Stobaeum, & alios. Ariſtophanes Grammaticus in argumento Medeae. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδήρου ἄρχοντος κατὰ τὴν πζ' Ὀλυμπιάδα. Πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θησεύς. Σάτυρος ὁ σίζυφος. Scribe Δίκτυς, Θησεῖ σάτυροι ὁ σίζυφος. i. e. Θησεῖ δράματα σατυρικόν. Ita loqui ſolent. Cave enim credas τὸ σάτυροι eſſe partem inſcriptionis. Ita Sophoclis fabula Κωφοὶ σάτυροι. Scholiaſtes Nicandri ſimpliciter

Σοφο-

Σοφοκλῆς ἐν Κωφοῖς. Sic ejuſdem Ἰχνευταὶ σάτυροι, quemadmodum apud Pollucem eſt legendum pro Ἰχνευταὶ Σατύροι. Athenaeus non appoſito fabulae diſcrimine, Σοφ. ἐν Ἰχνεύταις. Sic Ἰοφῶν ἐν Αὐλῳδοῖς σατύροις apud Clementem: ſic Aeſchylus ἐν Κήρυξι σατύροις apud Pollucem: ita enim emendo pro κήρυξι σατυρικοῖς. Photius in Lexico manu ſcripto: Πυρσοκόρυς λίνεος, Αἰσχύλος ἐν Κήρυξι σατύροις. Ex quo reſtituendus Heſychii locus: Πυρσοκορυσλέον, πυρροκεφάλου, ξανθοτριχος. lege, ut apud Photium. Cum autem nomen fabulae cujuſpiam ſit numero ſingulari; tunc σατυρικὴ dicunt & σατυρικός. Potuit autem Grotius erratum ſuum reſciſcere ex Fragmento illo Danaae, quod primus in lucem edidit de literis optime meritus Hieronymus Commelinus. Ibi dramatis perſonae ſunt Mercurius, Danae, Nutrix, Acriſius, Minerva, Nuncius, Chorus: Dictys autem minime comparet. In ἀπαναστροφῇ illo ſic vulgo legitur non longe à principio.

——κἀτά πως κείνη ποτὲ
Εὐνὴν χρυφαίαν γνοῦσα χ' μὴ γνοῦσα δὴ
Ὑπόπερον λέοντα τέξε' πατεί.

Cum metri ratio, tum res ipſa flagitat, ut ὑπόπερον ſcribamus, non ὑπόπτερον. Quis non alatum Perſeum & in libris legit, & in pictis tabulis vidit? At interpres homo ſane feſtivus ita convertit: ſub ſaxo natum leonem. Nempe huic committas, ſiquid recte curatum velis. Et tamen is ipſe eſt ni fallor, qui bonam aetatis partem contrivit, ut Suidam foras extruderet mendis maculiſque uſquequaque obſitum, ut aliquando fortaſſe oſtendemus.

Pag. 51. Διὰ τοῦτο ὁ Εὐριπίδης τ' Βακχῶν ἐξέθητο δρᾶμα, ὡς λάθ' Πενθέως εἰπὼν ταῦτα· Σεμέλη ὁ λοχοδοκοῦσα ἐκ βροτοῦ πόθ', εἰς Ζῆνα φέρουσα τὴν ἁμαρτίαν λέχη. *Bacchae* Euripidis etiam nunc ſuperſunt. Illud autem mentitur Malelas, ὡς λάθ' Πενθέως, non Pentheus enim, verum Semelae ſorores Ἰνὼ, κ' Αὐτονόη, κ' ἡ μαλοπάρυ Ἀγαύη contumelias has ei dixerunt. Bacchus in prologo.

Ἐπεί μ' ἀδελφαὶ μητρὸς ἃς ἥκιστ' ἐχρῆν
Διόνυσον ὀρθῶς ἔφασκον εἶναι Διὸς,
Σεμέλην δ' νυμφευθεῖσαν ἐκ θνητοῦ τινος
Εἰς Ζῆν' ἀναφέρειν τ' ἁμαρτίαν λέχους.

Pag. 58. Ὁ δὲ σοφώτατος Εὐριπίδης ποικιλικῶς ἐξέθετο δρᾶμα, ὡς ὅτι ὁ Ζεὺς εἰς σάτυρον ἔφθειρε τὴν Ἀντιόπην. Cenſeo ſupplendum eſſe, εἰς σάτυρον τριφθεὶς ἔφθειρε. Propter ſimilitudinem duorum

duorum verborum accidit, ut fieri ſolet, ut librarius unum omitteret. Porro fabula *Antiopa* memoratur ab Heſychio, Stobaeo, aliis. Photius Patriarcha in Lexico MS. Εὔχερις εὐχερῆς ἀμφοτέρως. Εὔχερις ὁ γένοιτ' ἂν ἀνδρ., ὁ Ἀντιόπη. Lege. Εὔχερις, εὐχερῆ· Εὑρ. ὁ Ἀντιόπῃ. Βραχυῖσιν εὔχερις ὁ γένοιτ' ἂν λόγος. Suidas: εὐχερὴς, ἀντὶ τ εὐχερῆ. Scribe Εὐχερὰς, uti recte apud Etymologicon magnum. Antiopam latine docuit Pacuvius, de Graeco Euripidis converſam: citantibus Cariſio, Diomede, Servio & Marcello. In quo admiror, ait Cicero de Finibus, cur in graviſſimis rebus non delectet eos patrius ſermo, cum iidem fabellas Latinas ad verbum de Graecis expreſſas non inviti legant. Quis enim tam inimicus paene nomini Romano eſt, qui Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuvii ſpernat aut rejiciat? qui ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas oderit? Noſti illud Perſii,

Sunt quos Pacuviuſque & verrucoſa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.

Pag. 63. Ὁ μὲν σοφώτατος Εὐριπίδης ποικιλικῶς ἐξήγετο δραμάτῳ ἐν Οἰδιπόδει καὶ τ Ἰοκάστης καὶ τ Σφιγγός. Oedipus & Jocaſta in Phoeniſſis ad partes vocantur: quin & ibidem de Sphinge mentio fit non ſemel. Potuit igitur Antiochenſis ad Phoeniſſas reſpicere, potuit ad fabulam Oedipum, quae laudatur ab Heſychio, à Stobaeo aliquoties, ab Erotiano.

Pag. 88. Καὶ μὴ Αἰσχύλου βασίλευσον αὐτῶν (τ Ἀθηναίων) ἥρωσιν τὴν δίκ, ἀλλ' ὁ Εὐριπίδης ὁ σοφώτατος δραμάτῳ ἐξήγετο ἐν μὲν Ἀχαιοῖσιν βασίλευσον αὐτῶν ἄλλον ΙΗ'. Amabo te, Syriſce, ſerione haec an joco? quae te enim larvae atque intemperiae agitabant, cum haec ſcriberes? πῦ τὸ φρένες ἐκπεπόκασιν; Ἀχραίων & Ἀχραίσιν pro Ἀλκμαίων & Ἀλκμαίοισι? Muli ſunt illa, non hominis. Simile peccatum eſt, quod de Alcmaeone Athenienſi tragoediam factam exiſtimes. Siquidem ille eſt Alcmaeo Argivus, Amphiarai filius, qui, quod Eriphylen matrem occidiſſet, furiis agitatus eſt. Inde ſcenae argumentum eſt accerſitum. Timocles Comicus:

Τὺς γὰρ τραγῳδὺς πρῶτον, εἰ βούλῃ, σκόπει
Ὡς ὠφελοῦσι πάντας· ὁ μὲ γὰρ ὢν πένης
Πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τ Τήλεφον
Γενόμενον, ἤδη τ πενίαν ῥᾴον φέρει
Ὁ νοσῶν ὃ μαινικῶς Αλκμαίων' ἐσκέψατο.

Antiphanes.

——— Μαχαίριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία

Ποίημα κατὰ πάντ' —— δὴ πάλιν
Εἶπη τις Αλκμαίωνα, καὶ τὰ παιδία
Πάντ' εὐθὺς εἴρηκ' ὅτι μανεὶς ἀπέκτονε
Τὴν μητέρα.

Cicero Academ. 2.

Quid? ipſe Alcmaeo tuus, qui negat cor ſibi cum oculis conſentire, nonne ibidem incitato furore; *Unde haec flamma oritur?* & illa deinceps, *Incede, incede; adſunt, adſunt; me, me expetunt.* Quid, cum virginis fidem implorat? *Fer mi auxilium; peſtem abige a me; flammiferam hanc vim quae me excruciat. Caeruleo incinctae angui incedunt; Circumſtant cum ardentibus taedis.* Sed piget profecto in re certiſſima teſtibus uſum eſſe non neceſſariis. Illud opinor auribus tuis, Milli, novum accedet; integram hujus dramatis inſcriptionem eſſe Αλκμαίων ὁ ἐν Ψωφίδος. Niſi fortaſſe geminum Alcmaeonem Euripides ediderit, aut iterum eundem, correctum ſcilicet & διορθωθέντα. Quicquid eſt hujus, ſolus adeo me docuit Heſychius noſter, & fortaſſe ſolum: alios, qui depravata ejus verba non poterant intelligere, non item. Αργαίνειν, λευκαίνειν. Εὐριπίδης Αλκμαίωνι, ἐν Ψωφίδι ἀργαίνουσι, λευκαίνουσι, φοινῶσι. Cenſeo corrigendum eſſe: Εὐριπίδης Αλκμαίωνι τῷ ἐν Ψωφίδι· tum notam diſtinctionis ponendam † Αργαίνουσι, λευκαίνουσι, φοινῶσι. Παρὸ ὃ τὸ ἀργὸν, ait Euſtathius ad Odyſſeae ſecundum, καὶ ἀργάντης παρὰ Πινδάρῳ, καὶ ἀργαίνειν τὸ λευκαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Αλκμαίωνι. Sive haec Euſtathius ab Heſychio, ſive ab alio quopiam uterque tranſtulit, apparet hunc locum a multis jam ſaeculis fuiſſe depravatum. Qui factum alioquin, ut Euſtathius tragoediae nomen mutilum protulerit, niſi quod in verbis ſequentibus cerneret ὠδὴν ὠγύς. Idem Heſychius: Απινής. Ηκω δ' ἀπινὴς ἀπ' οἴκων. Εὐριπίδης Αλκμαίωνι τῷ ἐν ψωφίδι συντείνουσι. Corrige ſodes in hunc modum: Εὐριπίδης Αλκμαίωνι τῷ ἐν Ψωφίδι, συντίνουσι. Απινὴς, ait, eſt συντίνουσα, feſtinans ſumma cum virium contentione. Cujus ſignificationis exempla quod haud temere reperiantur, propterea verbi ſedes a Grammaticis indicata eſt Αλκμαίων ὁ ἐν Ψωφίδι. Rationem porro hujus inſcriptionis non diu neque fruſtra quaeſiverit, qui in memoria habuerit Alcmaeonem, quem antea contortorum anguium & ardentium taedarum verba nuſquam conſiſtere paterentur, aliquando tandem ad ſanam mentem in Pſophide Arcadiae rediiſſe. Videatur in Arcadicis Pauſanias. Apollodorus lib. III. Αλκμαίωνα δὲ μετὰλλῆξαι Ερινύος δι' μητρῷὰ φόνα, καὶ μεμηνὼς πρῶτον μὲν εἰς Αρκαδίαν ἐλθεῖν πρὸς Οἰνέα παραγίνεται, ὁπόθεν δὲ πρὸς Ψωφίδα πρὸς Φηγέα·

ὑπὸ κωμῳδοῦς ᾗ ὑπ' αὐτοῦ Ἀριστίλου χαριεῖ τῷ τότε δυναστεύοντι.
am monui emendandum eſſe Ψωφῖδα ſyllaba ſecunda producta.
Ovidius:

Uſque ſub Orchomenon, Pſophidaque, Cyllenenque.

ercommode autem hic locus Apollodori in memoriam mihi ium redigit, in libro primo; qui viros doctos in errorem actenus induxit: deinceps tamen, uti ſpero, non faciet. Τυ- ὃς ᾗ ὅς φησιν ὁ τῷ Ἀλκμαιονίδῃ γεγραφὼς κτίνας τὰς Μίλητος ωδὴν ἐπιβλεύοντας Οἰνεῖ, Φλυᾶ &c. Quae ſic latine expreſſit terpres: Is qui Alcmaeonidem tragoediam ſcripſit. Homiem ſane liberalem, qui vocem illam *Tragoediam* benigne noris de ſuo largitus eſt. Atqui, O bone, Ἀλκμαίων ea Tragoedia, non Ἀλκμαιονὶς inſcribitur, ut Erotianus, Stobaeus, Priſcianus, aliique teſtantur. Sicuti autem Philoclis Tragici tetralogia de Pandione Πανδιονὶς, atque Aeſchyli de Oreſte Ὀρεστία nominata eſt; Ita fieri poteſt ut Euripides tria dramata de Alcmaeone publicaverit, una cum quarto Satyrico argumenti omnino alieni: quam integram tetralogiam Ἀλκμαιονίδα vocarent. Sed oportet Epicharmi illud ſemper habeas in promptu,

Νᾶφε χὠ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

Quicunque enim humaniores has Muſas colit, ſaepenumero ſolet uſu venire ut

Ἰσχὴ ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὅμοια.

Siquidem hae de Alcmaeonide ſuſpiciones, aegri ſunt ſomnia; cum is Scriptor, quicunque tandem fuerit, (neque enim de aetate, neque de patria viri, aut nomine quicquam habeo compertum) hiſtoricus ſit, non tragicus. Ὁ ᾗ τῷ Ἀλκμαιονίδῃ γράψας (verba ſunt Strabonis lib. 10.) Ἰκαρίᾳ δ' Πηνελόπης πατρὸς ὑὸς Ἰκαδίου δύο Ἀλυζίᾳ καὶ Λευκαδίοις· δυνάστευσαι δ' ἐν Ἀκαρνανίᾳ τούτοις μὲν ᾗ πατρός. Et quidem Euripide vetuſtior. Scholiaſtes ad Oreſtem v. 1000. Ἀκολουθῶν δοκεῖ ὁ Εὐριπίδης τῷ τῶν Ἀλκμαιονίδῃ (ω ſcribe etiam apud Apollodorum, non ο.) κωμικόν εἰς τὰ περὶ τὸν ἄρνα, ὡς ἐν Διονύσῳ ὁ κυκλογράφος φησί. Φερεκύδης ᾗ ὁ καθ' Ἑρμῆν μηνύειν φησιν τῷ ἄρνα ὑποβληθῆναι. ὁ ᾗ τῷ Ἀλκμαιονίδῃ γράψας τ' ποιμένα ἐκφοιτιζαγόντα τὸ ποιμνίον τῷ Ατρεῖ ἀντιπαρακαλεῖ. Quid tibi dicam depravatum mihi videri verbum illud poſtremum? χρὴ enim δῆλον, τὸ ᾗ Φερεκύδη. leg. Ατρεῖον ἀπαρακαλεῖ vel Ατρεῖδαν καλεῖ vel Ατρέα, vel ſimile quippiam; cum ſine controverſia deſit nomen Paſtoris. Haec habui, Milli jucundiſſime, quae de Alcmaeone & Alcmaeonide ore, ut opinor, alio indicta dicerem: non enim

 placet

placet eorum ratio, qui cum merae corniculae ſint, emendicatis hinc inde plumis germanos pavones ſe pollicentur.

Pag. 104. Multa narrat Malelas de Proeto, Stheneboea & Bellerophonte, καθὼς συνεχάψαν Εὐριπίδης ὁ τραγικὸς ποιητὴς πληρώσας τὸ δρᾶμα. Intellige de fabula *Stheneboea*, cujus mentio fit apud Athenaeum, Stobaeum, alios. Julius Pollux lib. 3. cap. 4. Εἴρηται ἡ ξιναπάτη παρ' Εὐριπίδῃ. Nomen tragoediae non commemorat; aliunde tamen ſcimus hanc eſſe de qua agimus, Stheneboeam. Ξιναπάτης, ait Photius MS. ἰδίως ἐπὶ τῆ ..... ἅτινα μὴ τοιοῦτοι πτέρυγι ἄνεμοι ἐν τῆς πλεύραις, ὁποῖοι ἐν τῆς λιμῶσιν. Εὐριπίδης Σθενεβοίᾳ. Τίς ἄνδρα πανὶ ξιναπάτην. Scribe autem in Polluce ξιναπάτης. Apparet ita corrigendum eſſe, cum ex hoc loco Photii; tum ex Euripidis Medea, quae in extrema fabula ſic Jaſoni convitium facit, Τίς ἡ κλύουσα θεὸς ἢ δαίμων ἢ ψευδόρκῳ ξιναπάτῃ; Ariſtophanes Veſpis:

Εἶτις ὑμῶν, ὦ θεαταὶ, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν
Εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον,
Ἥτις ἡμῶν ἡ πίνοια τῆσδε τῆς ἐγκεντρίδος,
Ῥᾳδίως ἐγὼ διδάξω, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Scholiaſtes annotat ad verſum noviſſimum: ὁ στίχος ἐκ Σθενεβοίας Εὐριπίδου. Bene pol factum, quod nos docuerit, unde tralatus ſit hic στίχος, quod quidem alias neſciremus. Atque ea gratia non leve peccatum ei condonabitur. Enimvero non totus verſus, ut ille exiſtimavit, ſed pars tantummodo poſterior ex Euripide eſt. Nam in his rebus verba mihi dari haud facile patior, qui, ut ſcis, fragmenta omnium Poetarum Graecorum cum emendationibus & notis grande opus edere conſtitueram: nunc, ut aiunt, Ἀλλοῖος βίος, ἄλλη διαίτα. Plutarchus Συμποσιακῶν l. 5.

Πῶς εἴρηται τὸ ——— Μουσικὴν δ' ἔρα
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.

Quem ego locum admiror, cum ſine dubio depravatus ſit, nemini unquam in ſuſpicionem veniſſe. Ita exhibent, ut vulgo legitur, Eraſmus & Joſ. Scaliger in Proverbiis; ita Grotius in Excerptis. Spes tamen eſt, ut nunc jam dehinc tam turpe erratum ex libris & memoria hominum auferatur. Legent enim qui ſapient, μουσικὸν, non μουσικήν. Μουσικὸν διδάσκει, i.e. ποιητὴν ἀποδείκνυσι, *poetam reddit*: Quaſi hoc ſenario Latine dixeris: Amor poetam vel facit, vel invenit. Ars Muſica & ſtudium muſicum eſt poetica. Terentius: *Is ſibi reſponſum hoc habeat; in medio omnibus Palmam eſſe poſitam, qui artem tra-*

ctant

ant Muſicam. Ea autem ſignificatio ϝ διδάσκειν elegantior paulo eſt & rarior propterea que fraudi fuit librariis: attamen non deſunt exempla, Ariſtoph. Ranis.

Καὶ σὺ τί δὴ δεήσας αὐλὸς ὅπως ἀνδρείως ἐδίδαξας;

Sed & hic locus in vitio eſt; & legendum autore MS. Oxonienſi:

Καί σὺ τί δεήσας ὅπως αὐλὸς γενναίως ἐξεδίδαξας;

Vulgata lectio cum propter alia minus placet, tum ob hoc praecipue; quod τὸ πτερσκόδιον ſive IV. priorum pedum menſura non debet in dimidiatum verbum deſinere. Idem Plutarchus Περὶ τῦ μὴ χρῆν ἐμμέτρως νῦν τὴν Πυθίαν. Ὁ δ' Εὐριπίδης, ait, αἰτιᾶται, ὡς διδάσκων ποιητὴν ἔρως, καὶ ἄμουσος ϗ τὸ πρὶν, ἐνόησεν ἅπ & quae ſequuntur. Nicias Medicus apud Schol. Theocriti Idyll. XI.

Ἦ ἆρ' ἀληθὲς τῦτο, Θεόκριτε, οἱ γὰρ ἐρῶντες
Πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τὺς πρὶν ἀμύσους.

Sed quo me cunque recipio, omnia conſpicio mendis & maculis inquinata. Ecce enim & huic medico medicina adhibenda eſt. Scribendum eſt, inquam,

——ϗ γὰρ Ερωτες
Πολλάκι ποιητὰς ἐδίδαξαν τὺς πρὶν ἀμύσους.

P. 106. Περὶ ϗ τ' Πασιφάης ἐξέθετο δρᾶμα Εὐριπίδης ὁ ποιητής. Inanem, mihi crede, operam ſumpſerit, qui Euripidis Paſiphaen inſtituerit quaerere. Non temere dico atque equidem certe ſcio neminem ex ſcriptoribus vetuſtis hodie ſupereſſe, qui tale quidquam memoriae tradiderit. Heſychius tamen, Σαρδὼ, ait, ἐν Πασιφάῃ τὸ σαρδόνιον ἡ σφραγὶς εἴρηϗ. quem ſi ad Euripideam fabulam reſpexiſſe quiſpiam exiſtimet; caveat moneo, & exiſtimationi ſuae inſidias parari cogitet. Alcaei quidem comoedia Paſiphae inſcripta eſt, ut ſcimus ex Didaſcalia Pluti Ariſtophanis: Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Λυσιπάτρυ, ἀντιγωνιζομένυ αὐτῷ Νικοχάρης μὲ Λαίκωσιν, Ἀριστομένης ϗ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος ϗ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίῳ ϗ Πασιφάῃ. Sed Euripidis Paſiphaen nuſquam cuiquam laudari reperies. Quid igitur fiet? Num nam Antiochenſis, cum haec ſcriberet, memoriola vacillavit γεροντικῶς, an mendacio conatus eſt fallere? Utrum libet ſane fecerit, haud arbitrario vapulabit: atque adeo dudum eſt, quod homunculum video σκύτη βλίπϗ. Verum hercle quanquam admodum nupera eſt inter nos notitia; me tamen & precatorem habebit & defenſorem paratum: cum & alias ſoleam eſſe in amicitiis fidelis. Dico igitur Euripidem tragoediam quidem de Paſiphae publicaſſe,

caſſe, minime tamen Paſiphaen inſcripſiſſe, ſed *Cretenſes*. Nec tu mihi de Κρήσσαις hoc perperam intelligas, quae ex Athenaeo, Stobaeo & aliunde ſatis in notitiam venerunt: ſed de quibus hodie fortaſſe primum inaudiviſti, Κρησί· quandoquidem & Joannis Meurſii, qui de trium Tragicorum fabulis accurate ſtudioſeque ſcripſit, diligentiam effugerunt. In Ariſtophanis Ranis his verbis compellat Euripidem AEſchylus:

Ω Κρητικὰς μὲ συλλέγων μονῳδίας·
Γάμυς δ' ἀνοσίυς εἰσφέρων εἰς τ' τέχνην.

Quo in loco haec annotat Scholiaſtes. Ἐν μὲν τοῖς ΚΡΗΣΙΝ Ἰκαρίου μονῳδίαν ἐποίησε· καὶ οἱ μὲ εἰς τὴν Ἰκαρίου μονῳδίαν ἐν τῇ ΚΡΗΣΙ, θρασύτερον δὲ δοκεῖ τὸ πρόσωπον. Ἀποκωλύω δ' ὅπως δύνωμαι ἐν εἰς τὴν Ἀερόπην τὴν ἐν τοῖς Κρήσσις εἰρῆσθαι, ἣν εἰσήγαγε μηνύσων. Οἶμαι δ' ἀφ' ἑνὸς τῶν ἐν τῷ Αἰόλῳ. Τιμοχίδας δ' ἀφ' τὴν ἐν τοῖς ΚΡΗΣΙ μίξιν ΠΑΣΙΦΑΗΣ φησὶν τ' τοῦτον. Abſolvimus, opinor, Joannem ab omni ſuſpicione peccati: nunc & huic Scholiaſti patrocinari oportet. Non enim deerunt qui pervulgata via quorundam, qui germanos ſe putant eſſe Ariſtarchos, extemplo pro verbo Κρησὶ contendent eſſe reponendum Κρήσσαις. Pedetentim tamen, & aliquantiſper, oro, manum abſtineant; dum Tribunos adeam qui intercedant tantae temeritati. Ecce iterum Scholiaſtes ad haec verba Ariſtophanis,

Αλλ' ὦ Κρῆτες Ἰδης τέκνα
Τὰ τόξα λαβόντες ἐπαμυνάλε.

Ταῦτα, alt, παρὰ τὰ ἐκ ΚΡΗΤΩΝ Εὐριπίδου. Bina profecto ſunt dramata Κρῆτες & Κρήσσαι, argumento longe diſſimili. Perſonae omnino aliae introducuntur, ſcenae ponuntur in locis diſjunctiſſimis maximeque diverſis. Illic Icarum cernis & Paſiphaen: in Creſſis Aeropen, Atrea, Thyeſtem. Hic Argis Peloponneſi, illic in Creta inſula res aguntur.

Ariſtophanes Veſpis: ——τοῦτο δ'
Ἀδης ἀφανεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.

ubi Scholiaſtes, Ἐν Κρήσσαις, ait, Εὐριπίδου, ὁ Ατρεὺς φησὶ τὴν Αερόπην * κρινεῖ ταῦτα. Unde perſpicuum eſt, in ſuperiore loco corrigendum eſſe Αερόπην τὴν ἐν τοῖς Κρήσσαις. Porphyrius lib. 4. de abſtinentia: Μικρῶν μὲν παρέλθω τὸ Εὐριπίδειον παρωδῶν, ὃς τὸν ἐν Κρήτῃ ὑπὸ Διὸς σοφιστὴν ἀπόχρωσαι φησὶ ἀφ' τούτων λέγων δ' οἱ κρῶσι τ' χρόνον φησὶ τ' Μίνω·

Φοινικογενῆς παῖ τ' Τυρίας
Τέκνον Εὐρώπης τ' μεγάλω

Ζηνὸς

Ζηνὸς, ἀνάσσων
Κρήτης ἑκατομπολιέθρου·
Ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπὼν,
Οὓς αὐθιγενὴς τιμηθεῖσα δρῦς
Στεγανοὺς παρέχει χαλύβῳ πελέκει,
Καὶ ταυροδέτῳ κεφαθεῖ
σ' ἀλρεχθὴς ἁρμοὺς κυπαείσου.

& quae ſequuntur.

Ita locum hunc emendare conatus eſt Grotius in Excerptis ex comoediis & tragoediis Graecis. Cujus auctoritatem Cantabrigienſes in noviſſima Porphyrii Editione ſecuti ſunt. "Hoc " fragmentum Euripidis (verba ſunt Grotii) ἐν Κλυσῖ extare " dicit Erotion, ut quidem nunc legitur. At ex *Creſſis* eſſe fa- " cile intelligitur, quod verba ſunt chori ad Minoa. Sed erravit in re levi gravioribus, opinor, ſtudiis intentus vir ſupra comparationem atque aemulationem noſtram longiſſime poſitus. Cum enim in Creſſis, ut jam docui, Atreus, & Aerope loquantur; ſcena autem ſine controverſia ſit Argos: vix aut nullo modo eſt, ut haec Porphyriana ex eodem dramate petita videantur. Quod ſi ſint, demiror equidem cur in Creta Minos cum his ſacerdotibus ſermonem inſtituat. Quae enim hae praeſtigiae? quibuſnam machinis haec ἄνω ἐς κάτω? Eademne in fabula tam alienae hiſtoriae? duplex ne ſcena, & geminus chorus? Modo Cretam ſpectemus, modo regiam Atrei? modo chorus virilis, Myſtae, inquam, Idaei Jovis, modo grex foeminarum ad partes veniat? Inde enim fabula Κρῆσσαι nomen accepit, quod in ea chorus ſit mulierum Cretenſium, videlicet quae Aeropem è Creta comitatae ſunt. Similem ob cauſam Φοινίσσαι, Τρωάδες, Τροχίαι, aliae bene multae ſuis vocabulis nominantur. Nec tamen, quod chorus ſit Cretenſium, idcirco neceſſe eſt, ut in Creta ſcena ſit poſita: quando & in Phoeniſſis res Thebis aguntur; chorum tamen conſtituunt mulieres Tyriae: Τύριον ὄλβιον λιπὼν' Ἴδαν Διογθίνια Λοξίου Φοινίσσας δόμοι ναίων. Sed quid tergiverſamur; Scimus Aëropen Catrei fuiſſe filiam, Minois neptem; & quo tempore res hae tranſactae ſunt, jam diu liberos ſuſcepiſſe. Siquidem Agamemnonem & Menelaum patri fuiſſe conſcios commemorant, cum coenam illam feralem Thyeſtae apponeret. Non ergo de Minoe proavo longa dubitatio eſt, quin è numero vivorum pridem ante exceſſerit. Imo vero à filiabus Cocali trucidatus eſt: ſi Euſebio fides, prius circiter triennio; ſed ſecundum exactiſſimam rationem Gulielmi Lloidii Epiſcopi Aſaphenſis,

Ἀνδρὸς,

Ανδρὸς, ὃν ὕστ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις,

ante annis ſolidis quatuor & viginti, quam Atreus regnum capeſſeret. Quamobrem haud facile patior, ut corrupta illa verba Erotiani Εὐριπίδης ἐν Κλεισὶ magis magiſque à Grotio depraventur: ſed, quod ad vulgatam lectionem proxime accedit, auctor eſſe auſim, ut poſthac ἐν ΚΡΗΣΙ corrigatur. Ita totum erit ſimplex & unum, omnia ſibi conſtabunt, belleque convenient: Minos, chorus Myſtarum, Paſiphae, Icarus. Non opus erit κλαῦσιν τὰ ἀσύλλυστα. Reſtat, ut de loci hujus Porphyriani miris quidem modis mendoſi lectione accurate quantum in nobis eſt, & exquiſite diſputemus:

Ηκω ζαθέους ναοὺς προλιπών
Οὓς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα [a] δρῦς
Σίγανὸς παρέχει Χαλύβων πελέκει,
Καὶ [b] ταυροδέτῳ κεφαθεῖ
Σ' [c] ἀτρεκῆς ἁρμοὺς κυπαείρασ.

a Erotianus δρυὺς, vetus Editio Porphyrii δρεός.
b Porph. ταυροδέτῳ κρηπῖδ' Erot. ταυρολέτῳ κολλητίς.
c Porph. Ατρεικεῖς. Erot. ἀτρεικεῖς ἁρμούς.

Quae ita vertit Cl. Grotius:

Sacra advenio templa relinquens:
Quas priſca domos dedit indigena
Quercus Chalyba ſecta bipenni,
Taurique ſibi glutine jungens
De vera tigna cupreſſu.

Haud ita facere debet qui interpretis munere fungitur. Nolim eum in caeteris ſcriptis eodem modo indiligentem. Unde enim ἁρμοὶ ſunt *tigna*? quid iſta ſibi vult *vera* cupreſſus? Cur ſpreta eſt vulgata Porphyrii lectio ἀτρεικεῖς? Cur Erotiani autoritas repudiata, qui locum hunc ideo citavit, ut oſtenderet ἀτρεικεῖς ἁρμοὺς non ſignificare ἀληθεῖς *veras*, ſed ἀκριβεῖς, *arctas* nempe & *exactas compages*. Ejus verba ſunt haec: Καὶ Εὐριπίδης ἐν Κλεισὶ (leg. Κρησὶ) φησιν, Ηκω ζαθέους &c. καλλιτεχνῶς ἀτρεικεῖς ἁρμοὺς εἶπεν ἀληθεῖς ἁρμοὺς ἀλλ' ἀκριβεῖς. Sic corrigendum eſſe facile videbit, qui ad manum eſt Erotianus: vulgo enim perperam, ἀλλ' ἀτρεικεῖς. Apageſis autem barbarum illud & ſoloecum ταυροδέτῳ, quo verbo nullus unquam ſcriptor eſt uſus, aut per analogiam uti poterit. Quin etiam & verſui conſultum oportuit. Quis enim, qui non negligenter in his literis verſatus

tus eſt, illud omnino probare poſſit Καὶ πνεῳδίτῃ κεφῇ—? dimetrum ſcilicet brachycatalectum, ut proxime ante paroemiacum veniat. Affirmo tibi neminem unum Tragicum Comicumve in eo loco hoc metrum adhibere; multo etiam minus, quod Erotiani ſcriptura conſtituit Καὶ πνεῳδίτῃ κοπῇς. Quid quod ne in Latinis quidem legitimi ſunt numeri? In ſecundo verſu *quas priſca domos dedit indigena* tribrachys eſt loco anapoeſti vel cujuſcunque pedis quatuor temporum. Quod vitium commune Grotio eſt cum Joſ. Scaligero, Flor. Chriſtiano, aliiſque, opinor, omnibus qui ſaeculo hoc & ſuperiore vel Tragoedias Graecas latine verterunt, vel ipſi ſcripſerunt novas: quibus ſolenne eſt anapaeſtos ſuos paſſim, ubi nulla clauſula eſt neque interpunctum, tribrachi vel trochaeo vel cretico terminare; vel etiam vocali, aut litera M finire, verſu proximo ab alia vocali vel H incipiente. Scilicet etiam hic ut alibi poſtremam in verſu ſyllabam communem eſſe arbitrabantur. Nae iſti, ſi olim ſtante re Graeca vel Romana ſuas fabulas edidiſſent, ſibilis & κλαυμῷς è ſcena exploſi fuiſſent. Non enim Graecis ea licentia permiſſa,

Nec data Romanis venia eſt indigna poetis.

Fas erat duntaxat verſum illum, qui paroemiacus dicitur, trochaeo claudere. Eo uſque non aliter continuari debebant anapaeſti vel pares anapaeſto pedes, ac ſi unicus eſſet verſus. Quin & Seneca Tragicus, ut ſcias eum de induſtria temperaviſſe, ſemel tantum atque iterum trochaeo anapaeſtos clauſit, nec niſi finita ſententia: qui ſcilicet paroemiaci locus eſſet, niſi is ſcriptor neſcio cur verſum illum repudiaſſet. Veteres tamen Latinos minime aſpernatos eſſe Paroemiacum, ſed & hic Graecorum veſtigiis inſtitiſſe ſcire dabitur ex iſtis reliquiis, iiſque, ni fallor, ſolis.
Attius Phinidis.

Simul & circum magna ſonantibus
Excita ſaxis ſaeva ſonando
Crepitu clangente cachinnant.

Locus eſt apud Nonium in *Cachinnare*. Sed nemo à me impetrabit, ut verba Attii ſana eſſe concedam. Quorſum enim pertinent *magna ſaeva*, & *ſonantibus ſonando*? Peccaturus ſum, uti ſpero, intra veniam, ſi parum proſpere medicinam experior. Ex ipſo fabulae nomine magna ſuſpicio eſt de Harpyiis verba fieri. Fallor itaque an ſic legendum eſt?

Simul & circum ſtagna ſonantibus
Excita ſaxis ſaeva Celaeno
Crepitu clangente cachinnat.

Illud *clangente* proprie & apte dictum eſt de Harpyiis. Virgilius:

At ſubitae horrifico lapſu de montibus adſunt
Harpyiae, & magnis quatiunt *clangoribus* alas.

Quin & *ſtagna* bene repoſui, approbante ibidem Virgilio:

Obſcaenas *pelagi* ferro foedare volucres.

Attius Telepho:

Jamjam ſtupido Theſſala ſomno
Pectora languentque ſenentque.

Id. Euryſace:

Super Oceani ſtagna alta patris
Terrarum anfracta reviſam.

Pacuvius Niptris:

——Operite, abſcedite; jamjam
Mittite: nam attrectatu & quaſſu
Saevum amplificati' dolorem.

Attius Philocteta:

Heu quis ſalſis fluctibu' mandet
Me ex ſublimi vertice ſaxi?
Jamjam abſumor: conficit animum
Vis volneris, ulceris aeſtus.

Idem apud Cic. 2. Tuſcul. "Unde ignis lucet mortalibus clam "diviſus? eum doctus Prometheus clepſiſſe dolo poenaſque "Jovi fato expendiſſe ſupremo. Qui locus ſic ad anapaeſtos ſuos eſt reducendus.

Unde igneis cluet immortalibu' *vel catu' docta'
Clam divis *nimi' doctu' Prometheus
Clepſiſſe dolo, poenaſque Jovi
Furti expendiſſe ſupremo.

Ut ad Porphyrium revertar; illud utique ſcire cupio, quo auctore vir Illuſtriſſ. πυρόδετρα κρᾶσιν de conglutinatione acceperit. Nam κρᾶσις, niſi omnia me fallunt, eſt permixta & temperata, non conjuncta & compacta: πυρόδετρον autem, ut principio dixi, plane barbarum. Quin & πυρόδετος non alibi reperio; neque vero intelligo, quî commode dici poterit. Ut ἀλυσίδετος eſt ἁλύσει δεθείς, κηρόδετος κηρῷ & ſiqua ſunt alia: ſic & πυρόδετος fuerit πύρᾳ δεδεμένος, [tauro compactus,

on glutino taurino.] Nam quis obſecro τῶν usurpavit ἀντὶ τανυγλώσσας? Demiror tamen unde illa in Porphyrii & Eroani codices irrepſerint. Haud ſane temere factum id videtur: que haeret haec res; neque prompte expedire poſſum. Ne men ἀσύμβολον huc veniam; donec aliquid melius ſuccurrit, enſeo ut τανυγλώσσῃ de medio auferatur: (cum ſine eo plena ſententia, τῇ γλωσσῇσιν ἄρμος, ex Homerico iſto, ut videtur, lumbrata;

Κολλητὰς δ' ἐπέθηκα θύρας πυκινῶς ἁραρυίας.

tque hoc pacto βάσις iſta ἀναπαιστικὴ, verſus videlicet qui pemiacum antecedit, monometrum erit acatalectum; ut pro-cto plerumque eſt, & in hoc ipſo quidem loco plus ſemel.) aetera autem porro ſic legantur:

Ἥκω ζαθέους ναοὺς προλιπών
Οἷς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκὸς
Στεγανὰς παρέχει Χαλύβων πελέκει,
Καὶ κολληθεῖσ'
Ἀτρεκεῖς ἁρμὰς κυπαίρισσος.
Adſum à ſanctis templis, validas
Quibus indigena eſt ſueta cupreſſus
Praebere trabes, caeſa ſecuri
Chalybum, atque arctas
Compages glutine vincta.

libi nimis occupatum habuit animum ὁ πάνυ, cum illud δρῦς comminiſceretur. Cur enim quercus vocaretur αὐθιγενής? quid? on alibi tam frequens quam in Creta naſcebatur? Ego vero, t primum oculis verbum illud agnovi, continuo deprehendi κυπάρισσον à poeta ſcriptum eſſe non κυπαρίσσου. Eam enim illic memineram eſſe vere αὐθιγενῆ, & Creticam propterea appellari à Plutarcho: Η Ἰδαία πίτυς ἢ Κρητικὴ κυπάρισσος· ſicut & Idaeam à Nicandro:

Σπέρματα βυπλεύρῃσι καὶ Ἰδαίης κυπαίσσης.

& Virgilio:

Nec ſalici lotoque neque Idaeis cypariſſis.

Plinius XVI. 33. de cupreſſo loquens; *Huic*, ait, *Patria inſula Creta cum Cato Tarentinam eam appellet, credo quod primum eo venerit; & in Aenaria ſucciſa regerminet.* Simili ſane tralatione, quam Euripides Cretae *indigenam* vocat, ei *patriam* eſſe Cretam Plinius commemorat. Sed in ejus verbis macula ineſt

foediſſima, quanquam haud valde ἀνοικτάντως. Quippe pro Earia non magna mutatione legendum eſt Tarra. Siquidem interpretatur haec Theophraſti lib. 2. Hiſt. cap. 2. Κυπάρισσος ἡ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀπὸ σπέρματος· ἐν Κρήτῃ δ' καὶ ἀπὸ πίτυος, οἷον καὶ ἀπὸ τῆς Κυρήνης ἐν Ταύρῳ· παρὰ τούτοις γάρ ἐστιν ἡ κυπαρισσῶδης κυπάρισσος. Mihi quidem hoc certius eſt, quam illa quae apud Sagram. Sed quia difficulter hoc nonnullis atque aegre perſuaderi video, agedum ex Solino πειθανάγκως admoveamus ἐπιλαμπάδα, ut contra ſiquis ſentiat, nihil ſentiat. Ejus verba ſunt cap. XVII. *Mira ſoli Cretici indulgentia: arborarii proventus abundantes: nam in hujus tantum inſulae parte repullulant caeſae cupreſſi.* Profecto aut Tarra in Plinio ſuo legit Solinus, aut Acnariam arbitratus eſt partem eſſe Cretae. Quamne antea cap. VII. in inſulis Italicis numeravit? Oris eſſe ferrei oportet, qui hoc dixerit. Quis autem credat cupreſſos in Acnaria ſponte naſci? Ecquiſnam iſtuc memoriae prodidit? non magis mehercule quam Batti Silphion aut auriferas malos Heſperidum. Verum ut ulterius progrediamur, etiam Solinum non ab omni parte ſanum eſſe exiſtimo. Valde enim ſuſpicor ita ſcriptum eſſe antiquitus: *Nam in Tarra hujus inſulae parte repullulant*: vel, *in hujus tantum inſulae Tarra repullulant.* Nec enim à vulgata lectione longe nimis abſcedo: nec probabilem cauſam reperire poſſum, cur abſtineret eam *partem inſulae* ſuo vocabulo nominare. Dicerem etiam ſi animus eſſet hariolari conjectura, ſimilitudinem verborum Catoni impoſuiſſe, cum cupreſſum Tarentinam appellaret. Siquidem urbs Cretae Τάρρα, Tarentum autem Τάρας vocatur. Lanam quidem, & purpuram, mel, ſalem, oleam, ceram, porrum, pectunculos, oſtreas, nucem, caſtaneas, ficus Tarentinas animadverti fuiſſe in pretio: cupreſſum Tarentinam cedo mihi unum, qui ſupra caeteras laudaverit, praeter Catonem. Verum hoc obiter, & magis joco dictum exiſtima, quam quod in ea ſim ſententia. Jam quod Euripides iſtam arborem dicit firmiſſimas trabes templis praebuiſſe; firmat id adeo emendationem noſtram: cum cupreſſum omnes uno ore teſtentur χρονιωτάτην eſſe atque ἀσηπτοτάτην & quod caput eſt, egregie praeter caeteras in Deorum aedibus locum & honorem invenisſe. Hermippus apud Athenaeum:

———Ἐν δ' Αἰγύπτῳ τὰ χρέμαστὰ
Ἱστία καὶ βύβλος, ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιβάνωτος.
Ἡ δὲ χαλὴ Κρήτη κυπάρισσον τοῖσι θεοῖσι.

Theophraſtus Hiſt. 5. & 5. τούτων δ' χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. τὸ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ οὗ αἱ θύραι δ' νεὼ πληρώθησαν, πεντακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον ἐκλείποντα δίκαιον· Fallor,

ior, an oratio haec σολοικίζει? Quo enim illud τὸ referri poſſit? ego: τὸ γὰρ ἐν Ἐφέσῳ, ἐξ ὧν αἱ θύραι ἔτι νῦν, πεφυκυίας μέχρις ἐκείνου ἡμέρας. Dicit materiem iſtam cupreſſinam per 4. ſaecula ſive cccc. annos, ex quo primum caeſa eſt, reconditam fuiſſe; priuſquam ad valvas Epheſini templi adhiberetur: & tamen incorruptam duraviſſe. Ea Theophraſti ſententia eſt. Profecto nihil hac emendatione certius & evidentius. Auſim equidem dejerare non aliter legiſſe Plinium; ſiquidem ad haec Theophraſtea reſpexit, cum Epheſiae dicat Dianae templum *tota Aſia exſtruente quadringentis annis peractum eſſe*; &, *valvas eſſe e Cupreſſo, & jam quadringentis prope annis durare materiem omnem novae ſimilem.* Scilicet tunc fere materia caedi ſolet, cum aedificii fundamenta jaciuntur: valvae autem tum demum fieri, cum caetera omnia perfecta ſunt atque abſoluta. Hac quidem argumentatione Plinius videtur uſus: rectene an perperam, nulla mihi quaeſtio eſt in praeſentia. Illud adeo admiror, eruditis viris, qui tantopere locum hunc exagitaverunt, nihil hujus omnino ſuboluiſſe. Sed εἷς ἀνὴρ οὐ πολὺ ὄχλος. Porro etiam noſtra aetate, ut referunt qui ea loca viſerunt, tanta cupreſſorum vis eſt in Creta; ut domorum omnium trabes contignationeſque atque adeo navigia ex ea materie conſtruantur.

Pag. 109. Περὶ τῆς Φαίδρας ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης μὴ πάντα συνεχώρησεν ἀληθῆ ποιητικῶς. Sine controverſia reſpexit Maelas ad Euripidis Hippolytum: prioremne an poſteriorem nec poſſumus reſciſcere, nec ſane multum refert. Scimus utrumque ſalvum extitiſſe per diverſa tempora Erotiani, Pollucis, & Stobaei. Quae Stobaeus ex Hippolyto citat, eorum ne dimidiam quidem partem hodie invenias. Fruſtra itidem quaeras, quae Erotianus affert & Pollux. Ariſtophanes Ranis:

Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ὀλίγοι κατθανεῖν,
Τὸ πνεῖν δὲ δειπνεῖν καὶ τὸ καθεύδειν κωλύον.

Ταῦτα, ait Scholiaſtes, ἐξ Ἱππολύτου δράματος. Age quaerat hoc, qui velit in inveſtigando operam perdere. Verum aut librarii peccatum eſt, aut auctoris ἀμαρτήμα μνημονικόν. Aliunde enim cognoſcimus tralata eſſe ἐκ Πολυίδου δράματος.

Τί δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μὲν ὀλίγοι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν.

Hippolytus ſecundus qui hodie ſupereſt, Σποφανίας ſive Σποφανηφόρος inſcribitur: prior Καλυπτομένος. Pollux IX. c. 5. Εὐριπίδης δὲ Ἱππολύτῳ καλυπτομένῳ ——— ὡς ἵππων τόδυς ὀρμήσας τάσιν. Nec tamen omnino diverſae erant fabulae, ſicut

Iphige-

Iphigenia in Aulide & in Tauris, Oedipus Tyrannus & in Colono, Prometheus Δεσμώτης & Λυόμενος. Vix, imo ne vix quidem hoc fieri poteſt, cum Drama poſterius rem omnem, uti geſta eſt, complectatur; ab eo tempore quo primum Ἱππόλυτον privigni amorem Phaedra conceperat, uſque ad Hippolyti mortem: quaedam etiam ex priore citentur, quæ & in altero reperias. Quin mihi perſuaſiſſimum eſt eam ob cauſam Καλυπτόμενον eſſe inſcriptum; quod in extrema fabula ſic loquatur Hippolytus moribundus:

Κεκαρτέρηκα τἀμ' ὅλωλα γὰρ πάτερ,
Κρύψον δέ μου πρόσωπον, ὡς τάχος, πέπλοις.

Proinde in utraque fabula comperiebantur hi verſiculi. Similiter & alteri Σπφανηφόρῳ nomen eſt inditum, propter haec verba Hippolyti non longe a principio:

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω.

Non igitur δρᾶμα novum erat Hippolytus Στεφανίας, ſed correctum duntaxat, atque interpolatum, ἀφασκευὴ & ἀποσκευή. Vetus Grammaticus Argumento Hippolyti. Εσὶ δ' ἑτερος ὁ Ιππόλυτος διύπερος ἐν Στεφανίαις πρωταγωνιζόμενος. ἀμφαίνεται δ' ὕστερος γεγραμμένος· τὸ δ' αἴτιον ἐν κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διορθωτὴν τοῦ δράματος. Qui neſcit quid ſit ἀφασκευὴ & διασκευασμένον δρᾶμα, conſulere poterit Caſaubonum ad Athenaeum: Ejus ego ſcrinia non compilo; ſed Heſychii locum emendatum curabo, quem nec ille nec alius quiſquam intellexiſſe videtur. Λυδίζων, χορεύων ἀφ' τοὺς Λυδούς, οἳ σώζονται μὲν, διασκευασμένοι δ' εἰσίν. Ita lege locum, cujus haec eſt ſententia: Magnes veteris Comoediae ſcriptor drama docuit Λυδούς, qui tunc ſuperfuerunt, quo tempore Grammaticus qui primus haec dixit, in vivis fuit; ſed ſub incudem revocati, novaque lima perpoliti. Photius Patriarcha: Λυδιάζων, Λυδοὶ Μάγνητος ἐν κωμικοῦ διασκευάσθησαν. lege ut apud Heſychium, Λυδίζων. Caſtigandus etiam Suidas, qui Λυδιάζων habet abſque interpretatione. Idem Heſychius: Ψωίζων, τὰς ψῆνας λέγει τὰς ἐν μάγνησι. Scribe τὰς Ψῆνας ἐν Μάγνητος. Siquidem ille etiam fabulam Ψῆνας publicavit. Ariſtophanes Equitibus:

Ταῦτα μὲν εἰδὼς ἀ' παθε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς καλιώσαις,
Ος πλεῖστα χορῶν τ' ἀνελιπάλων νίκης ἔγησε βόπαια,
Πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἰείς, κ' ψάλλων κ' πλεγυρίζων,

Καὶ

Καὶ Λυδίζων καὶ Ψηνίζων καὶ Βαπτόμυος βαλεαχείοις.

His verbis Magnetis fabulae Βαρβιτίδης ſive Βαρβιτιστὴ, Ορτιγίς, Λυδὶ, φῦτις, & Βάτραχοι indicantur. Cogita autem, qui pax inter Heſychium Photiumque & Anonymum ὦδὴ καμψῳδίας conciliari poſſit: Hic enim omnia Magnetis ſcripta deperiiſſe dicit, ὦδή σύζευξ. Μάγνης Αθηναῖος ἀγωνισάμενος Αθήνησι νίκας ἔσχε ια'. ἧς ἡ δεκάτην αὐτοῦ ὦδή σύζευγος· τὴν δὲ ἐπιφερόμενα ἐστὶν ἑνία.

Non noſtrum inter eos tantas componere lites.

Pag. 148. Ο δὲ σοφὸς Εὐριπίδης δεῦρο ἐξέβητο ὦδὴ ἐκ Κύκλωπος, ὅτι τρεῖς εἶχον ὀφθαλμοὺς σημαίνων τοὺς ἀδελφούς & quae deinceps ſequuntur. Os hominis! Hoccine ut Euripides vel in ſomniis dixerit? Bene factum, quod etiam nunc Cyclops ſuperſit. Quod ſi ita rem, prout narrat Joannes, ſe habere comperias: non recuſo quin, quod graviſſimae poenae loco fore putes, per omne vitae tempus noctes dieſque verſandi mihi ſint & ediſcendi adeo Annales hi Voluſiani, Malelani volui dicere.

Pag. 210. Ως ὁ σοφὸς Εὐριπίδης δεῦρο ὦδὴ ἐκ αὐτοῦ Μελεάγρου ἐξέβητο. Meleagri Fabulae mentionem faciunt Macrobius, Stobaeus, Scholiaſtes Pindari cum aliis. Latine convertit Attius. Heſychius: Καθωσίωσε, κατίλυσε, κατεύθυσεν. Εὐριπίδης Μελεάγρῳ. Lego, καθωσίωσε, κατίθυσε. Vox altera non aliter quam litura ſananda eſt. Nempe primo mendoſe ſcriptum eſt κατίλυσε· poſtea librarius aliquis paulo doctior vel lector quiſpiam ſtudioſus, in libri margine vel medio fortaſſis inter verſiculos ſpatio veram emendationem dederat Κατίθυσε. Tandem evenit, ut utrumque vocabulum conjuncte in verſu contexteque ſcriberetur. Hac ſane ratione cum in aliis ſcriptoribus, tum in Lexicographis praecipue non raro peccatum eſt. Quae quidem peccata cum haud cujuſvis ſit odorari; profecto opus eſt, ut exemplis aliquot confirmemus ſententiam noſtram, ne temere quidquam & inconſulte loco moviſſe videamur. Εξιλιν, ἔβαλεν, ἔλαβεν. Ejiciendum eſt verbum poſterius: ζίλλειν enim eidem Heſychio eſt βάλλειν. Εὐηρότευν, εὔδιον, καλὴ γῆ, εὐήροτον, εὔγειον. Poſtrema iſta ab emendatore quodam profecta ſunt: qui prima vitioſa non inepte quidem correxerat. Totus itaque locus ſic conſtituendus eſt. Εὐήροτον, εὔγειον, καλὴ γῆ. † Φυρτοῖσιν, εἰκαίοις, συμπεφυρμένοις. οἱ δὲ ἄλφιτα ὑφ᾽ ἑαυτοῦ συμπεφυρμένοις. Tam ſcio verbum ultimum a correctore quodam eſſe, quam me vivere. Nulla dubitatio eſt, quin ita ſcripſerit Heſychius: Φυρτοῖσιν, εἰκαίοις, συμπεφυρμένοις. οἱ δὲ ἄλφιτα εἶναι διδυμέναι. † Αντιδ. ἀντὶ τοῦ ἐπάγω, ἐπιστρώννυμι. Addend. p. 80.

Addend. p. 80.

μοιῆται. Cum vocabulum hoc veniat pone Ανημίοθ᾽ος, ſcire licet ex literarum ſerie ſic auctorem ſcripſiſſe. Ανημιεμίſμοιῆται, ἀνημιεμίſμοιῆται. Poſtea quidam, qui deprehendit erratum, ſupra emendavit ad hoc exemplum, ſcriptionis compendium faciens. Scimus omnes ita fieri ſolere. Tandem autem ineptus quiſpiam librarius eam utriuſque vocis continuationem fecit, quam hodie videmus. Εκλότεσιν, ἐκλύεσιν, κάλυψον. Illud ἐκλύεσιν ex eadem eſt officina correctorum. Scripſit Heſychius Εκλότεσιν, κάλυψον· ut ipſe literarum ordo teſtimonio eſt. Media enim incedunt inter Εκλοτος & Εκλωπίζει. Hoc non intelligens puſillus quidam Criticus, (quî enim id intellexerit, quod ne fando quidem unquam auditum eſt?) emendare conatus eſt ἐκλύεσιν, a verbo λυείζω ὅν᾽ mehercule ἐκ τοῦ λύειν. Tantum enim τὸ ἐκλυείζειν & τὸ καλύπτειν ſignificatione differunt,

Quantum Hypanis Veneto diſtat ab Eridano.

Alte profecto latet ulcus tetrum & κακοηθέστατον· quod niſi lancinata prius Heſychii exiſtimatione, negat ad ſanitatem perduci poſſe. Siquidem erubeſcendo prorſus errore poſuit Εκλύτεσιν pro Ελύτρωσιν· quod rectiſſime quidem interpreteris κάλυψιν. Ipſe Heſychius: Ελύτροις, ΚΑΛΥΜΜΑΣΙ, σκεπάσμασιν. Ελυτρα κυρίως τὰ ἐπιλήμματα ἢ ΚΑΛΥΜΜΑΤΑ. Ελυτρον, δέρμα, ῥάκη, λέπυρον, ἐπίλημμα, ΚΑΛΥΜΜΑ, σκέπασμα. Inde ἐλυτρῶσαι apud Hippocratem, & περιελυτρεῖν apud Athenaeum, involucro tegere: ſimiliter ἐξελυτρῶσαι, nudare, ex integumentis ſolvere. Heſych. Εξελύτρωσας, ἐγύμνωσας. Satin' hoc certum & exploratum eſt, ὦ φίλη κεφάλη Milli jucundiſſime? At enimvero exclamet hic aliquis, O Juvenem confidentem & temerarium! tune illum Heſychium, doctiſſimum Grammaticorum Heſychium tantae inſcitiae affinem eſſe ſuſpicari auſis, ut Εκλύτρισιν ſcriberet; niſi verbum illud alicubi legiſſet, apud auctores forte quos longa dies & nimia vetuſtas ſubtraxerunt notitiae noſtrae? I jam & frontem nega de rebus periiſſe. Placide tamen amabo, O quiſquis es: & reprime te tantiſper, dum alia nonnulla profero, quae te quoque ipſum velis nolis in ſententiam noſtram cogent tranſire. Dum enim ex antiquis Scholiaſtis, Grammaticis, Lexicis, quae non contexebantur κατὰ στοιχεῖον, omni ex parte vocabula corradit, quibus hanc ſuam Συναγωγὴν locupletet & referciat: ſaepe uſu venit ut ab imperitis librariis, qui parum accurate ſcripſerant, vel a ſui ſimilibus ὁμοιοτελεύτοις in errorem inductus ſit: quaeque nuſquam gentium vel lecta vel audita ſunt, lectoribus ſuis obtrudat. Illud ſis vide. † Δελεδόλη, ὁ μυλαῖος ἰχθύς. Suo loco hoc leges in litera Δ. Ego vero nugas has eſſe meras tibi denuncio:

ſcriptum

ſcriptum enim oportuit Ἐλεδόνη, ὀκτώπο. ἰχθύς. Piſcis eſt de polypodum genere; quem memorant Ariſtoteles, Athenaeus, alii. Idem Heſychius: Ὀκτώπους τὸ πολυπόδιον αἱ ἄζαινα λεγόμενα. ἢ ἰχθύδια τινὰ ἀπὸ εὐπλοΐας. Ὀκτώπους βολβιτῖναι ἀλλάττουσι. Sic emendandi ſunt hi loci. Videor autem mihi videre, quid errationis anſam Heſychio dederit. Nimirum in auctore ſuo ſcriptum erat ἢ δ' ἐλεδόνη vel μεταὶ δ' ἐλεδόνη vel ſimile quippiam: ille miſer, cum ſua aetate libri carerent ſignis accentus, ἐλεδόνα piſcem effinxit, qualem neque Nereus, neque Neptunus, nec ipſe pater Oceanus agnoverit. Ecce aliud huic geminum & germanum. † Θολκάζει, χαλιναγωγεῖ. Nemo ut opinor inficias iverit, quin ita ſcriptum fuerit, abſque tamen notis accentus: Ἵππους θ' ὁλκάζει, vel Νῆάς θ' ὁλκάζει. Ipſe Heſychius: Ὁλκάζει, ἕλκει, χαλιναγωγεῖ. Illud autem ὁλκάζει credo quenquam mortalium qui legerit. † Ἐνδικάπυσα, τὴν δὲ κάπην ἐπεξάμην. Recta ſerie hoc ſcriptum offendes, ut & alia quae deinceps à me proferentur: quod certo indicio eſt non à Librario, ſed ab Heſychio ipſo peccatum eſſe. Atqui ad hunc modum edidiſſe debuit: Ἐδικάσσασα, τὴν δικάστην ἐπεξάμην † Διατίονται, μαχίζονται. & Διαπίονται, ἐμαχίζοντο. Ea ſimilitudo eſt δ & δι in libris calamo notatis, ut haud facile ſit dignoſcere. Inde eſt quod mendoſa ea poſuerit pro Δυτίονται & Δυτίοντο, quae legas apud Homerum. † Σικυλλῶν, τὸ τὰς κρατὰς ἀπορίπτειν. Verbum hoc reperies inter Σίκολα & Σιβύνη. Ipſe literarum ordo ſatis argumento eſt ab Heſychio poſitum eſſe Σιβυλλῶν. Idque errore manifeſto pro Σιμβιῶν. Heſychius Σίμβυβα, κρατοί. οἱ δὲ τὰ αἰθίσματα ἢ κοσμητόρια. Pollux VII. c. XIV. τὰς δὲ ὑφάσεις καὶ σίμβυβα οἱ παλαιοὶ καλοῦσι ποιητάς. Sic locus iſte legendus eſt ex codice MS. qui fuit Iſ. Voſſii. Θύσανοι autem cum Polluci tum Heſychio ſunt κρατοί. † Ἐρεχθίνη, ἐν ὕδατι ἀπόπνιγήτω. Ἐραβίνη, ληφθήτω. Portentoſi errores. Primo, oportuit ſcriptum Ἐρχθίνη. Ipſe enim alibi: Ἐρχθίνη, ἐν ὕδατι πνιγήτω. Ita Photius Patriarcha in Lexico MS. Ita Suidas. Locus eſt in Φ. Iliadis:

Νῦν δέ μ' λευγαλέῳ πότμῳ εἵμαρτο ἁλῶναι
Ερχθέι' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ, ὡς παῖδα συφορβόν,
Ὅν ῥά τ' ἔναυλος ἀποέρσῃ χειμῶνι πεσόντα.

Iterum, illud Ἐραβίνη librarii peccatum eſt pro Ἐρεχθίνη. Conſtat hoc ex elementorum ordine. Qui quidem eſt error auctoris, pro Αἰρεχθίνη. Αι & Ε apud Graecos non differunt pronunciatione; de qua re poſtea plura dicemus. Ecce alia monſtra: † Ἐπιλογῆς, σπυδῆς, ἀπαπροθύσεως. Quam turpiter autem hic ſe dedit! adeo quidem ut hominis me pudeat pigeatque. Si-

quidem Απαπεδόσεως eſt ἀπαλλαγῆς, & Σπυδῆς eſt ἀπυγιῆς putidum autem ſuum ἀπαλογῆς *Ipſe habeat ſecum ſervetque ſepulchro.* † Αχιναίων, ᾗ ἀχιδαίων. Hercules, tuam fidem! enimvero non ab omnibus portentis Graeciam liberaſti. Erat hominis eruditi ſic edidiſſe: Εχιναίων, ᾗ Εχινάδων. Verbi ſedes in Homeri Boeotia eſt;

Οἱ δ' ἐκ Δυλιχίοιο Εχινάων θ' ἱεράων.

† Ηθίοις, ἀνηῖ, ἀγνοεῖ, παροιμ. Adeſte huc conjectores & interpretes portentorum. Negant uſquam quidquam monſtroſius vidiſſe. Scilicet haec vera ſcriptura eſt, Αηθίοις, ἀήθ. Etymologicon magnum. Αηθίσειν, ἀγνοεῖν, ἀπείρως ἔχειν. Αηθῆν, λανθάνειν, ἀνεπιστημονεῖν. Heſychius ipſe: Αήθειν, μὴ ἠθικῶς, μὴ νοεῖν. lege. ἀηθῆν, μὴ εἰδέναι. Αήθισον, (lege ἀήθισον) ἀπαίθεις ἦσαν. † Ελειτὸν, ἔλαιον. Mira vero Grammatici eruditio. Poteras haud paulo melius, Ελειτὸν, ἔλεον; ſiquidem Homericus illius meminiſſes:

Οὐκ ὄπιδα Φρονέοντες οὐὶ Φρεσὶν ὐδ' ἐλεητύν.

† Αηχιμῆ, ὑγεία. Pace quod tua dicatur, Heſychi, in his verbis ὐδὲ, ὑγιὲς. Impoſuit tibi depravatus aliquis codex: oportuit enim Αρπιμῆ, ὑγιᾶ. Te ipſum arbitrum capio, qui haec alibi: Αρπιμῆ, σῶον, ὑγιᾶ, σύφρονα. Αρπιμία, ὑγεία, (lege ὑγιᾶ) ὑγιῆ. Αρπιὲς, (corrige Αρπιμὲς) ὑγιὲς. Necdum peccandi finis? Ecce enim de integro: † Αρτιωιστέραν, ὑγιεστέραν, σωφρονεστέραν. Duplex erratum eſt, hoc librarii, illud auctoris. Apparet enim cum ex ordine, tum ex interpretatione, non aliter ſcripſiſſe Heſychium quam Αρπιωιστέραν· nempe vel ſcripturae mendum vel minutae fugientesve literae, vel nimia feſtinatio in cauſa fuit, cur illud exhiberet pro Αρπιωιστέραν. Cum autem ἀρπιωιστέραν non multum abſimile ſit τῇ Τιμιωιστέραν· ille ſecundam interpretationem liberaliſſime donavit de ſuo; prout error errorem generare ſolet. † Απσιλινοῖς, ὡδὲ τὰ λινᾶ ἐξαμυάτων Νέσσιν. Dic ſodes, annon Aenigma tibi videntur haec? Equidem non ſum Oedipus: auſim tamen pro certo polliceri, rectam ſcripturam eſſe Αψῖσι λίνα. Heſychius alibi: Αψῖσι λίνα, ἁμάσσιν ἀπὸ τῆ συναφῆς. Homerus quinto Iliadis.

Μήπως ὡς ἄψισι λίνα ἁλόντε πανάγρω
Ανδράσι δυσμενέεσσιν ἔλωρ καὶ κύρμα γένηαθε.

Quid ego de iſtis dicam, quae pagella proxima mihi in oculos incurrunt? † Αειπῆαι, δῆλαι. Deceptus eſt ſimilitudine literarum Α & Δ. Siquidem oportuit Δειπῆαι. Ipſe alio loco Δοιπῆναι, Δῆλοποι. ἠοιπαναι. lege Δρηπῆαι. Verbo monendum eſt ι, ει, & η in Lexicis, praeſertim apud hunc noſtrum pro

promiſcue uſurpari: vera enim analogia requirit, ut ἀρήτειραι tribamus. Locus eſt Odyſſ. τ'.

Τάων αἵ τοι δῶμα κάτα ἀρήτειραι ἔασιν.

Vide tamen, ut magnifice de ſe loquatur ad familiarem ſuum ulogium. Οὐ γὰρ, ait, ἐκπέσω μὴ παῤῥησίας εἰπεῖν, ὅτι τὴν Αρι-ίχην καὶ Απίωνα καὶ Ηλιοδώρου λέξεων ἐπιτρέψας, καὶ τὰ βιβλία ωδοὺς Διογενιανοῦ, ὁ αὐτὸν καὶ μίσησιν ὑπάρχει πλειόκτημα, ὧν δ' αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ γεγράφων ἐγὼ μὴ πάσης ὀρθότητος ἐκεί-ου γεγραφῆς καθὼ τὸ γραμματικὸν Ηρωδιανόν. Ego vero, qui Theodoſii MStam ἐπιθυμῶ τῷ Καθόλου Herodiani lectitavi, teſti-cor parum huic promiſſo vel nullo modo ſatisfactum eſſe. Αρίσθαρχον, ἐπάδησεν. Vitioſius hoc quidem, quam illud alte-um Αρίσθαρχον, ἐπάδησεν. Sed ex utraque parte oſtendit, non utiſſimam doctrinae ſupellectilem ſibi domi fuiſſe. Quae enim aec conglutinatio verborum, quae diſſolvi denuo divellique eſiderant? Hom. Iliadis Μ'.

—— ὁ δ' ἄρ' ἔθορε Φαίδιμος Εκτωρ
Νύκτι θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια

ρηνοσκὸς, θυβατροσκός. Mirifice quidem, ut nihil ſupra. Atqui ἀρὴν ἀρῆνος, puto, dicitur, non ἀρήν· unde πολύῤῥη-ος, & ὄϊς ὑπόῤῥην. Imo, quin Jambei principium fuerit pud Sophoclem Αρνοβοσκὸς —— ne dubitandum eſt quidem. Melius ipſe alibi: Αρηνοβοσκὸς, θυβατροσκὸς, Σοφοκλῆς Τυροῖ κὴ γράφεται ὃ ἐῤῥηνοβοσκὸς λέγ' π ῦ * ἕω ἐ τῶ βόρων. Verum hic quidem locus a librario peſſime acceptus eſt: ipſe auctor procul beſt à noxa. Lege Σοφοκλῆς Τυροῖ β. γράφεται ὃ καὶ ἐῤῥηνο-οσκὸς λέγ' π ῦ ε κὴ τῶ β ῥῶν. Scribitur, ait, ἐῤῥηνοβοσκὸς per iteram ε. & duplicem ρ. Etymologicum magnum: Ἐῤῥηνο-οσκὸς, ὁ θυβατροσκὸς ἐν Τυροῖ β Σοφοκλῆς. † Εμπόρες & Εμπορει vitium Exemplaris eſt pro Εμμόρες & Εμμορει. Ipſe libi emendate: Εμμόρες, ἐν ὁμηρείᾳ ὄντας, παρὰ τὰς ὁμήρους τὰς ἐπὶ συμβάσει διδομένους. Totus autem locus ad hunc modum conſtituendus eſt: Εμμόρες, Δημήτριος ἐν Σικελίᾳ.

Λακεδαιμόνιοί θ' ἡμῶν τὰ τείχη κατέβαλον,
Καὶ τὰς τελήεις ἔλαβον Εμμόρες, ὅπως
Μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο Πελοποννήσιοι.

Demetrius iſte Comicus fuit; & illa fabula inſcripta eſt Sicilia. Quare perperam hactenus judicarunt viri docti; qui ſcriptorem eum Hiſtoricum, orationem autem proſaicam eſſe cenſuerunt. Athenaeus lib. 3. Δημήτριος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τῇ ἐπιγεγραμ-μένῃ

μίνῳ δεάμασι Σικελίας. Etymologici auctor Σικελὸς inſcribi non Σικελίαν eum vide in Εμμενίδης, † Χορεσμοῖς, ὀρχεῖσθαι. Oportet ut conniventibus oculis haec legerit Heſychius. Ego quidem meis vix fidem habeo, cum iſta lego. Proculdubio ſic ſcriptum eſt à prima manu: χορεσμοῖς, ὀρχεῖσθαι. Ipſe alibi: χορεσόμῳ, ὀρχεῖσθαι. Manuum iſte motus cum certa lege & numero bonam partem ſaltationis olim conſtituebat. Plena ſunt exemplorum omnia. Lucretius:

Quod ſupereſt, non eſt mirum ſimulachra moveri
Brachiaque in numerum jactare & cætera membra.

Et poſtea:

Quid porro, in numerum procedere quum ſimulachra
Cernimus in ſomnis, & mollia membra movere,
Mollia mobiliter quum alternis brachia mittunt.

† Καλύψιν, καλυκῶ ἀντιστρόφως. Medium hoc verbum eſt inter Καλυδώνιον & Καλύκας. Agnoſco manum & ingenium Correctoris: qui videlicet, cum in Heſychio ſuo legerat Καλύψιν, καλύκα, idque animadverterat extra ſeriem & praepoſtere poni, adſcripſerat in margine è regione loci, Αντιστρόφως; nempe *vice verſa* legi oportere Καλύκα, καλύψιν. Poſtea illud ἀντιστρόφως per inſcitiam librariorum inſinuavit ſe in verſum. Quis hujus rei ante nos ſuſpicionem habuit? Quin & alibi poſt vocem Προσβάλλοντο, quae & ipſa vitioſa eſt, haec leges; Προσβλῆ, προσβαλὼν ἐξ ἀντιστρόφως. Dele hoc noviſſimum, quod nimirum ab emendatore eſt, qui adnotaverat legendum eſſe *è converſo* Προσβαλὼν προσβλῆ. Quo nihil verius dici potuiſſe cenſeo: ſed in altero, quicunque fuit, longiſſime a vero abfuit. Profecto plus toto coelo diſtant Κάλυξ & Κάλυψις. Ego vero pro explorato prorſus habeo ſic ſcriptum eſſe ab Heſychio; Κάλυζιν, κάλυκα· nempe depravate loco Κάλυξιν· ζ pro ξ· quem errorem millies erraviſſe eum, ſi hic locus eſſet, nunc poſſem oſtendere. Quam recte autem Κάλυξιν interpretetur κάλυκα, melius eſt ut ipſum ad teſtimonium vocemus: Καλύξεις, ῥόδων καλύκια. Κάλυξις, κόσμος περὶ τὰ ῥόδα. Habeo alia ſexcenta, quae hac vice condonabitur. Verum hercle ſi unquam uſus fuerit, ut nova Heſychii editio procuretur; qui, ut in pudendos errores crebro inciderit, utiliſſimus nihilominus & pene neceſſarius eſt omnibus, qui ad veram eruditionem viam affectant:

Id tibi de plano poſſum promittere, Milli,

quinque plus minus millia mendorum me correcturum eſſe, ſi libuerit; quae aliorum εὐσχολίαν & laborioſam diligentiam hactenus

enus eluſerunt. Ut illuc, unde abii, redeam: multos ubique Lexicorum locos contaminaverunt Correctiones illae in libro-um marginibus: quod ex illo tempore verbum mendoſum cum ltero junctim continuaretur in verſu; non, uti factum oportuit, itura tolleretur. Luculentum hujus rei exemplum extat apud ulium Pollucem lib. VII. cap. XXXIII. ubi inter varia nomina actuum in ludo talario nominantur ἅρπα & ἁρμαπάω, ἀντίτυχος & ἀλίπους, ἐπιφέρων & ἐπιφόρων. Sed ex hiſce binis non niſi ſingula quaeque à Polluce profecta ſunt: caetera qua dixi via inſinuarunt ſe in orationem. Cui quidem ſententiae non invitus accedet, qui jam primum à me didicerit Iambicos eſſe trimetros ex Eubuli fabula Aleatoribus. Locus hoc exemplo conſtituendus eſt. Ὁ μὲν γὰρ Μίδας τῷ τὰ μείονα βάλλειν ἴσον. Καὶ ἄλλοι δέ τινες εἰσὶν, ὃς ὀνομάζει Εὔβουλος ἐν τοῖς Κυβευταῖς.

Κεπρωλὸς, ἱερὸς, ἅρμ' ὑπερβάλλον πόδας,
Κήρινθος, θὠδαίμων, κωφὸς, ἅρπα,
Λάκωνες, ἀντίτυχος, ἀργεῖος, δάκνων,
Τιμόκελος, ἐλλείπων, πυαλίτης, ἐπίθετος,
Σφάλλων, ἀγύρτης, οἶστρος, ἀνακάμπτων, δορθὺς,
Λάμπων, κύκλωπες, ἐπιφέρων, σόλων, σίμων.

Horum autem verſuum ignoratione tota via erravit Joannes Meurſius, qui eos omnes inter jactus medios receaſet. Nempe non Eubuli eſſe verba, ſed Pollucis. & quia Midas eſſet ὁ μείονα βάλλων, itidem & ſequentes eſſe arbitratus eſt. Sed parum eſt dubitationis, quin boni fuerint Εὐθυδίμων & ἅρμ' ὑπερβάλλων πόδας, qui nimirum aliis jactibus tanto anteiret, quanto qui pedibus iter faceret, à curru vinceretur; ἶσος, ut aiunt, ὀδοῦσι πυρὰ λύκον ἅρμα. Δάκνων autem & σφάλλων & ἀλείπων merito opinor ſuo pro infelicibus haberi poſſunt. Sed ad Antiochenſem redeo: quem ſero ſenſi longe longeque declinaſſe me à propoſito,

Singula dum capti circumvectamur amore.

Pag. 172. Καθὼς ὁ σοφώτατος Εὐριπίδης ἐξήγετο θρᾶκα πωλικὸν, ὃν μόνος ἐλέγχει ἐπὶ σοῦζα. Multa quidem tranſcripſit Malelas ex *Iphigenia in Tauris*; quae ex uſu fuerit ad Euripidea exigere, quo de ejus doctrina & fide cognoſcamus: ſi quis illa tam dura habeat, ut eam moleſtiam devorare poſſit. Mihi enim, qui jam lentus & faſtidioſus eſſe coepi, dabis veniam; ſi pluria reiiciens & aſpernans, unumquidquid quod erit belliſſimum carpſero. Velut illud p. 172. in Oraculo: Εἰ μὴ πρώτος Πύρρος κόμης Σκυθίης τε γαίης πρωτοπάτωρ Αἰακίδης τε χώρης. & 173. κατῆλθεν ἐπὶ τὴν Αἰακίδου χώραν ὁ Σκυθίας. Male vero ſit vobis quantum

quantum eſt Geographorum. Rogo vos, an Scythicam illam Aulidem ſilentio praetermiſſam oportuit? quid? an ultra Cimmeriorum fines latitabat ἠίεσε ὑφίλῃ κεκαλυμμένη, adeo ut nemo veſtrum uſque eo potuerit oculis contendere? Euge vero, ὦ Ἰωαννίδιον· profecto aptus natus es ad omnia abdita & retruſa contemplanda: tam acri es acie & mentis & oculorum.

Sed tamen amoto quaeramus ſeria ludo.

Geminam Iphigeniam etiam pueri ſciunt Euripidem docuiſſe τὴν ἐν Ταύροις & τὴν ἐν Αὐλίδι. Joannes, cum Tauros eſſe Scythas ab aliquo didiciſſet, etiam Aulidem, quae Boeotiae oppidum eſt, regionem iis finitimam eſſe arbitratus eſt. P. 173. Τέτυε ὁ ἱερεὺς βυκόλοι ἔδοξαν εἶναι τὴν Ἰφιγένειαν λέγοντες αὐτῇ Ἀγαμέμνονος ἐκ Κλυταιμνήστρας Κόρη, ἥκεσι δύο νεανίσκοι παρὰ τὴν κυανέαν· quae ex his Euripideis expreſſa ſunt.

Βυκ. Ἀγαμέμνονος, παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας κόρη,
Ἀκούε χαμηλῶν ἐξ ἐμοῦ κηρυγμάτων.
Ἰφ. Τί δ' ἔστι τῷ παρόντι σκοπὸν λόγου;
Βυκ. Ἥκουσιν εἰς γῆν Κυανέαν συμπληγάδων
Πλάτῃ φυλάσσοντες δίπτυχοι νεανίαι.

Vides Antiochenſem hunc ita ἀπαιδεύτως accepiſſe ſententiam Euripidis; tanquam ſi εἰς γῆν Κυανέαν conjunctim dixiſſet. Vos iterum appello de terra hac Cyanea; vos qui Geographiae magiſtros vos pollicemini. Quid autem muſſitatis? nam Joannem ea loca conviſiſſe Cedrenus affirmat, prorſus οἰκήτην ὁ μάρτυς. Damno itaque ſtultitiam meam, qui Κυανέαν cum συμπληγάδων componebam hactenus. Atque hercle vero ſerio, nequid diſſimulem, non placet iſte locus: neque enim video cur ii bubulci ſermone Dorico uterentur. Quid, malum, an Siculos ſe eſſe ſomniabant, non Tauro-Scythas?

Δωρίσδειν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριεῦσιν.

Atqui quantumvis eſſent Dorienſes, ſi πλατειάσδουσαν ſuam dialecton extra chorum adhibuiſſent, rus continuo vel in ultimas terras mandati eſſent non ſine infortunio. Sciunt id qui harum literarum guſtum aliquem habent. Adde Orationem ſoloecam eſſe; ut quidem nunc habetur: ſed certe, ſi pro ſano locutus eſt, ſic ſcripſit Euripides:

Ἥκουσιν εἰς γλῶ, κυανέας συμπληγάδας
Πλάτῃ φυλάσσοντες δίπτυχοι νεανίαι.

aut, ſi illud Κυανέαν antiquitatis cauſa ſervare velis, quandoquidem qua vixit Malelas tempeſtate jam in libris inveteraverat; in hunc modum:

Ηκου-

Ηχθοιν εἰς γλῶ, χναιέαν συμπληγάδων
Πέτραν φυγόντες δίπλυχοι νεανίαι.

elut poſtea loquitur, Καγώ σε σύσω χναιέας ἴξω πέτρας. Elegan-er autem χναιέαν πέτραν συμπληγάδων, ut nihil ſupra. Sic Virgilius:

Quales Threicia cum flumina Thermodontis

& Lucretius:

Pulverulenta Ceres, & Eteſia flabra Aquilonum.

& iterum:

Ut Babylonica Chaldaeum doctrina refutans.

& tertium:

Impellant ut eam Magneſia flamina ſaxi.

Sic legendi ſunt duo loci noviſſimi; in libris vulgatis minus e-mendati feruntur. P. 176. Ὁ Πελοπίδης γάρ ὠμοπλατον ἴχει ἐλαίαν ἐν τῷ ὤμῳ. Jam hoc pro explorato habeo, ἐλαίαν ab hac pecu-de poſitam eſſe pro ἐλέφαντα. Cui enim fando auditum eſt, o-leaginum humerum fuiſſe Pelopi?

Cui non dictus Hylas puer & Latonia Delos,
Hippodameque humeroque Pelops inſignis e-burno?

Επεί νιν καθαρῷ λέβητος ἔξελε.
Κλωθὼ ἐλέφαντι Φαίδιμον
Ωμον κεκαδμῆνον.

Alia multa ſunt apud Malelam ex eadem fabula tralata, quae miſſa facio. cur enim me mancipium faciam παραφερνῆντ-θαι τούτου? Majoris fuerit & voluptatis & fructus cognoſcere, quae *ſummus poeta Ennius* de priore Iphigenia convertit. Julius Rufinianus de figuris ſententiarum & elocutionis: *Aganacteſis in-dignatio, quae fit maxime pronunciatione. Ennius in Iphigenia: Menelaus me objurgat, id meis rebus regimen reſtat.* Dormita-vit hic vir ſummus Ger. Voſſius. Nam, ſi unam ſyllabam addi-deris, trochaicus erit catalecticus.

Menelaus me objurgat: id meis rebu' regimen reſtitat quod ge-nus verſus commodiſſime inſervit τῇ ἀγαναχτήσει· ut diu eſt quod ipſe in Tragicis Graecis obſervavi; priuſquam id de Scholiaſte Hermogenis didiciſſem. Idem Rufinianus poſtea: *Syncriſis ſi-ve antitheſis comparatio rerum atque perſonarum inter ſe contra-riarum: ut, ego plector, quod tu peccas: tu delinquis, ego arguor*

pro

pro malefactis: Helena redeat, virgo pereat innocens: tua reconcilietur uxor, mea necetur filia. Hunc etiam locum ad Ennii Iphigeniam refert Italorum doctiſſimus Hieronymus Columna: invito tamen & repugnante Voſſio, partim quia auctor non laudatur, partim quia non vincta ſed pedeſtris oratio eſt; ad quod mirum, ait, non attendiſſe Columnam. Peccet Columna, & peccat quidem, in verſibus: ego vero, cum certis ſignis hunc Ennii foetum cognoſcam, non committam ut alium, quam quo natus eſt, parentem ſibi inveniat. Verſus enim ſunt Trochaici, ex eadem puto ſcena petiti, qua ſuperior eſt:

Ut ego plectar, quod tu peccas; tu delinquis, ego arguar
Pro malefactis? Helena redeat, virgo pereat innocens?
Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

Non amplius, quod ſciam, Euripides à Malela citatur praeterquam p. 35. Ὁ ταῦρος ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἦχεν ἐπὶ τὴν Μίνω, καθὼς καὶ Εὐριπίδης ὁ Σοφώτατος πανταχοῦ συνιστᾷ· ὡς φησι, Ζεὺς μεταβληθεὶς εἰς ταῦρον τῷ Εὐρώπῃ ἥρπασεν. Haec quidem unde accerſita ſint, non certo ſcio: nam credibile eſt eum in non una tragoedia haec obiter attigiſſe; ut in Cretenſibus fortaſſis, ubi Chorus ad Minoem; Φοινικόχρως, παῖ, τᾶς Τυρίας τέκνον Εὐρώπης καὶ Διὸς μεγάλου Ζηνός· veri tamen ſimile eſt ex Euripidis *Phryxo* tralata eſſe. Eratoſthenes in Καταστερισμοῖς. Ταῦρος λέγεται εἰς τοὺς ἄστρους πεθῆναι ἀφ' οὗ τὸ Εὐρώπῃ ἀγαγεῖν εἰς Φοινίκης εἰς Κρήτην ἀφ' ὧν πλάνης, ὡς Εὐριπίδης ἐν τῷ Φρίξῳ. Profecto qui *Europam* Tragoediam eſſe volunt, narrant nobis inſomnium ex eburnea porta.

Pag. 181. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς μετὰ τὸν ἄλωσιν Τροίας παρ' Ελλησιν ἐθαυμάζετο πρῶτος Θέσπις ὁ Μελαγκλέους ἐξεύρε γὰρ ἔτος τραγικὰς μελῳδίας, καὶ ἐξέθετο πρῶτος δράματα, ἃ μετὰ τοῦτο Μίνως, καὶ μετὰ Μίνωα Αὐλίας τραγικὸς χορὸς δραμάτων συνεχράψατο. Utinam vero Malelae cum praecurſore ſuo melius conveniret? nam Jubal, ſi ei credimus, diu ante Trojae excidium tragoedias factitavit. Verba, ne te ludere videar, ſunt p. 3. ὁ δὲ Ιωβὰλ κιθαρῳδίας καὶ τραγῳδίας τοῖς δαιμονικοῖς ἐπιτηδεύμασι προσέπνευσεν. Quid quod ad ſoccum haud minus idoneus erat, ſi interpretem audis, quam ad Cothurnum. Nam κιθαρῳδία Chilmeado eſt *comaedia*; qui, cum ad alios ingenii cultus etiam Muſicae ſtudium adjunxerit; cur adeo ab artificio ſuo recederet, miror: clementer tamen, propter alia merita, ſuaque quaſi lyra eſt increpandus. Vix equidem crediderim in Bibliotheca veſtra Oxonii, quantacunque eſt, Jubaliana Dramata reperiri. Scilicet ea omnia perierunt olim;

Quando

Quando ex diluvio magno exivere rapaces
Per terras amnes, atque oppida cooperuere.

Quarum fabularum una cum ipſis etiam memoria occidiſſet; ſique illo Hamartolo fuiſſet, qui omnia omnino meminit, Quae erunt, & quae nullo ſunt tempore nata. Habeo tamen, quo ſiderium meum & dolorem conſoler; nam in mentem opportune venit fieri poſſe, ut locus iſte vitioſus ſit, & in hunc modum emendandus: Ὁ ϗ Ιωδὰλ κιθαρῳδίας καὶ λυρῳδίας τοῖς ἀρχαιοῖς ἐπιτηδεύμασι συνεπινόησεν. Ut profecto quam magis magiſque cogito, nimirum acu rem tetigi; ſin autem, nolim mihi quenquam poſthac ne jurato quidem credere. Tandem igitur aliquando lite hac compoſita, quantulum eſt tamen quod profecimus, ſi Joannes ipſe pugnantia loquatur? Non enim iam ab Ilio capto primus mortalium Themis dramata fecit: ſiquidem ante iſtam memoriam AEgypti rex Pharao, ubi à negotiis & turbis requieſcere volebat, ſolitus eſt comoedias ſcriptitare. Verba ſunt Joannis p. 76. Τῶν ϗ Αἰγυπτίων βασιλεύσαντος Πιλατοῦ ὁ κωμῳδὸς Φαραώ. Quid rides? Quaſi vero novum nunc proferatur, Regem ad fabulas ſcribendas animum appuliſſe. Etiam Dionyſius Tyrannus poeta fuit tragicus, & Auguſti Ajax in ſpongiam incubuit. Quanquam, ſi emendate loqui velimus, κωμῳδὸς non *comicus* eſt, ſed comoediae actor. Hiſtrioniam igitur fecit Pharao; Thraſonis, opinor, vel Pyrgolopolinicis partes agens; ut Nero poſtea Oedipodis vel Creontis. Verum haec ipſius Malelae ſtultitiam ſuperant; ut ea qui dixerit, non pro homine ſano loqui, ſed ad agnatos & gentiles deducendus eſſe videatur. Sine dubio vitium eſt exemplaris, quo tamen modo tollendum ſit, minus id poſſum conjectura aſſequi. Quid ſi legamus, Πισσωνίου, ὁ τῷ Μωσεῖ Φαραώ· *Petiſſonius, qui à Moſe Pharao vocatur?* Si caput ſcaberem fortaſſe aliud melius poſſem exſculpere: ſed indignus eſt Joannes, cujus cauſa commentari velim quidquam, niſi ſi quid ex facili naſcatur. Itaque ut ad Themin iſtum propius accedamus. Eadem cum Antiochenſi narrat, & in eodem doctus eſt ludo *Scholiaſtes vetus* neſcio quis apud Stanleium in vita AEſchyli: Ἐν τοῖς χρόνοις Ὀρέστου ἐθαυμάζετο παρ' Ἕλλησι Θεόμις, ὃς πρῶτος ἐξεῦρε τραγῳδικὰς μελῳδίας, ἢ ἐξῆλθε πρῶτος δεσμῶται. Καὶ μετ' αὐτὸν Μίνως, ϗ μετὰ Μίνωα Αὐλίας χορὸς τραγικὸς συνεστήσατο. Haec habet doctiſſimus noſter Stanleius ex Bullengeri Theatro. Et tamen neuter de Themide, de Minoe vel Aulea, quod quam diligentiſſime factum oportuit, certiores nos facit. Concurrant jam omnes, quantum eſt βιβλιοπίθων, & capita inter ſe conferant: nunquam ſe expedient, neque quidquam de tergeminis hiſce tragicis reſciſcent. Narrat Clemens Στρωματέων primo τὸ ἱερὸν τὸ ἐξαίρετον Θε-

μὴν μόλιν τὸ Τιτηνίδων συρηκέναι. Minoem autem τὸν νόμον; sed quod ad praesens negotium attinet, vacuum à se lectorem & hiantem dimittit. Quid enim νόμος Minois ad nomos musicos? Τί δὲ καὶ τὸ Διόνυσον; neque Heroes in Tragoediis heroos Hexametros dicebant. Itaque quantum video, perpetua jam Criticis sollicitudo & quasi crux constituta est: nisi Callimachi Πίνακες & Aristophanis Grammatici Commentarium longa nocte sepultos protrahere possunt in lucem. Verum heus vos! Ecquid erit praemi, si nodum hunc solvero? quod quidem ea lege & conditione faciam; ut dehinc mihi cum vestra natione nullum omnino commercium intercedat. Enimvero ab Antiochensi & siculno illo, quicunque est, Scholiaste gravissime peccatum est, cum in nominibus tum in rebus ipsis. Prorsus quot verba, tot errata. Neque enim agnosco commentitios istos Theomin, Minoem, Auleam; quorum ego loco non dubia conjectura repono Thespin, Jonem, Aeschylum: neque Thespis ea, qua rentur, tempestate vixit; nam Solonis aequalis à Troicis temporibus longissime abfuit: neque Jon Aeschylo prior fuit: neque primus Aeschylus Choros tragicos instituit: quod contra chorum, qui perpetua ante oratione totam fabulam decantabat, primus diverbiis & personis distinxit. Sed operae pretium fuerit accuratius haec omnia tractare. Ac de Thespide quidem minor est dubitatio, quia in discipulorum cathedris quotidie ista jactantur:

Ignotum tragicae genus invenisse Camoenae
Dicitur, & plaustris vexisse poëmata Thespis.

Suidas: Θέσπις ἐδίδαξεν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ξ ὀλυμπιάδος· μνημονεύεται δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ. Ἄλλα Πελίου ἢ Φορβάς, Ἰφεῖς, Ἡδωνή, Πενθεύς. *Pentheus* fabula à Polluce laudatur lib. VII. c. XII. Τὸ ὄνομα ἐπενδύτης λαμβάνεται ἐκ τοῦ Σοφοκλέους Πλυντρίων, Πέπλους πολίαν λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας· καὶ Θέσπις δέ που φησὶν ἐν τῷ Πενθεῖ Ἔργα νόμιζε νευρίδας ἔχειν ἐπενδύτου. De quo versu cum nihil in praesentia succurrat, quod mihi satisfaciat; ejus emendationem in aliud tempus differam: Sophocleum illum sine mora expediam. Neque enim cum Casaubono, Meursio & Gatakero κτενίσαι substituerim; cujus media syllaba est brevis: versumque redderet una syllaba breviorem. Non enim diiambus est λινοπλυνεῖς, sed paeon quartus. Neque Gatakeri νεοπλύτους ἐπενδύτας probaverim; nam sedes quarta spondaeum non admittit; poterat paullo rectius νεοπλύτους. Sed aliud quiddam praetulerim, de quo ausim tibi firmissime asseverare:

Πέπλους τε νῆσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

Diversa ab illis, quas Suidas recenset, fabula habetur in veteri mar-

Add. p. 81.

marmore Arundeliano; quod nunc eſt Oxonii: ΑΦ ΟΥ ΘΕΣ-ΠΙΣ Ο ΠΟΙΗΤΗΣ··· ΑΧΙ ··· ΟΣ ΕΔΙΔΑΞΕΝ ΑΛ· ·ΣΤΙΝ. Supple ΑΑΚΗΣΤΙΝ, ἄλκηστιν non ἀλκέστιν, ut minus recte Editores. Locus eſt illuſtris apud Clementem in Στρωματέων quinto; quem nefas quidem fuerit ſilentio praetermittere. Θέσπις μὲν τοι ὁ τραγικὸς ἀφ' ὑπερβολῆς τούτων ἄλλα τε σημαίνεσθαί φησιν ὅλα καὶ τὸν Ἡρακλέα.

Ἰδὲ σοι σπένδω κυανοχαῖτα τὸ λευκὸν
Ἀπὸ θηλαμόνων θήλυας κυανέων·
Ἰδὲ σοι χθονίῳ τυρὸν μίξας
Ἐρυθρῷ μέλιτι, καὶ τῶν σῶν, Πὰν
Δικέρως, τίθεμαι βωμῶν ἀγίων.
Ἰδὲ σοι Βρομίου αἴθοπα φλεγμὸν
Λείβω.

Haec narrat Clemens ex Theſpide: Ex aliis alia, quae ad eandem rem ſpectant. Perſuaſum eſt hactenus viris eruditis, magnam Symbolicae & aenigmaticae veterum Theologiae vim in barbaris illis vocabulis contineri. Rem igitur haud ingratam facturum me ſpero, ſi refregero haec clauſtra, quae à multis ſaeculis omnem ad haec ſacra aditum praecluſerunt. Quod autem Herculem ferunt dixiſſe, cum in delubro quodam conſpexiſſet ſimulachrum Adonidis, Οὐδὲν ἱερὸν ὑπάρχειν· idem mihi jam uſu venit, hoc adyto recluſo. Videlicet erat olim ridicula & puerilis ratio; ut ex quatuor & viginti literis, ſemel duntaxat poſitis ſingulis, barbara quaedam & infaceta verba conficerent, prout cuique libitum fuerit. Clemens hanc appellat ψυχαγωγικὴν τῶν παίδων διδασκαλίαν. Poſtea certandum erat ingenio, ut ſententiam iſtorum verborum aliquam omnibus veſtigiis indagarent; non eam quidem omnino alienam & abſonam, ſed à propinquo ſi fieri potuit, & veriſimili petitam. Tria profert Clemens exempla eorum ἀνεπιχειρήτων παιδικῶν· quorum unum hoc eſt:

Μάρπτε, σφίγξ, κλὼψ, ζυχθηδόν.

In ſcribi oportere res ipſa clamat; non ut in editis, μάρψις & ζυχθόν. Calculum jam pone, & omnes omnino literas Cadmi, Palamedis, Simonidis, in quatuor iſtis vocabulis invenies. Ecce tibi ſecundum:

Βέδυ, ζάμψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφίγξ.

Ita legendum, non ut in vulgatis, ζαὶψ, & χθών· nam eo pacto & M litera deeſſet, & N bis ponerentur. Tamen ut Λαίμοδυ λαίδυ

λάδδα, ſic illud Ζαμψ autores Graeci ζαψ ſcripſiſſe & pronunciaſſe videntur; ſic etiam κάψα dicunt & καμψα· ſic λήδη in antiquiſſimis MSS. ſcribitur λήμψιδ, & multa ſimilia. Tertium denique eſt illud Theſpidis:

Κναξζζοὶ, χθύπλης, φλεσμὼ, δρόψ.

Male apud Clementem eſt editum, φλεῖσμὸς, δραψ· ut liquidò conſtabit, ſi digitis computans literarum numerum velis inire. Quam mirifice autem Clemens haec omnia quantumvis inepta & ludicra, interpretetur; malim ex ipſo quam ex me audias. Aliter paullo haec ultima ab Heſychio proferuntur; nam pro κναξζζοὶ χθύπλης, κναὶξ habet & ζζοὶχ & θύπλης. Κναὶξ autem interpretatur γαλα᾽ λευκὸν, ζζοὶχ (ita lege non ζαζοὶχ) λάκκοι, & θύπλης ὁ τυρός. Atque hujus auctoritate inductus Salmaſius verba Theſpidis ad hunc modum immutare voluit:

Ιδὲ σοι σπένδω κναὶξ ζζοὶχ λευκόν,

& Ιδὲ σοι θύπλω τυρὸν μίξας.

Sed profecto non ea eſt Heſychii auctoritas; neque plus habet momenti, quam Clementis & Porphyrii hominum multis partibus illo doctiorum. Non enim librarii culpa eſt apud Clementem: neque ulla ſimilitudo veri eſt χ literam à verbo κναξζοὶ fortuito disjunctam fuiſſe, & tertio poſt verſu repoſitam. Porphyrii autem hoc ἀποσπασμάτιον eſt ex libro MSto Oxonii.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ.

Περὶ τῦ Κναξζοὶ, χθύπλης, Φλεσμὼ, δρόψ ἑρμηνεία.

Εν Δελφοῖς εἰς τὸν ναὸν ἐπιγέγραπται τραγῳδὸς ἰχθύι ἐπὶ δελφῖνι ἐπικείμενος. Κναὶξ μὲν γάρ ἐστι ὁ τραγῳδὸς καὶ ἀπόκοπὴν τὸ στιχεῖον ἔχων (lege κων) κῶ πάλιν ἀφαίρεσιν (imo ἀφάθεσιν) ἔχ ξ. κνάκον γὰρ καλεῖ). ὡς καὶ Θεόκριτος τὸ βυκόλοις λέγει. οἷον τραγὸς καὶ ἰχθὺς, ὁ μὲν φλεγέθμος, ὁ δὲ δρεψὶ ὅμοιον. Λέγει δὲ ὅτι ὁ τραγὸς φλεγέθμός ἐστι πάντοτε διὰ λαγνίαν, ὅτι ἐάν τις τὰς ῥῖνας αὐτῦ ἀποσφαλίσῃ, (leg. ἀπασφαλίσῃ) ἀφ᾽ ἧς κεράστων ἀνάπτει. Ἐχθὺς δὲ καὶ ἑτέραν ἰδιωτείαν ἔστιν. Τὸ κναξζοὶ γάλα ἐστὶν, τὸ δὲ χθύπλης τυρὸς, δρεψὶ δὲ ἄνθρωπος· δράπτης γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγονται. Καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ἀφ᾽ ἑκάστου στοιχείου ἀπαρτίζοντα ἴδιον σκοπὸν εὕρομεν, οἷον Βίδυ, ζαὶψ, χθὼ, πλῆκτρον, σφίγξ. ὅ ἐστιν ὕπνος· Βίδυ ἐστὶν ἡ ὑγρὰ ὑπὸ, ζαὶψ ἡ πυρώδης οὐσία, χθὼ ἡ γῆ, πλῆκτρον δὲ ὁ ἀὴρ, σφίγξ ἡ τότου φιλία ἀφ᾽ τὸ συνεσφίγχθαι. Κλαύδιος δὲ ὁ Νεαπολίτης ὕπνος ἠρμήνευσε τὸ περικείμενον ἀὴρ, θάλασσα, γῆ, ἥλιος. Καὶ ἕτεροί τινες φιλόσοφοί τε καὶ ποιηταὶ τὸν τὸν σκοπὸν ἡρμήνευσαν.

Non longe à principio ſic ſcribe: κνάκον γὰρ καλεῖται, ὡς ὁ Θεόκριτος τὸ Βυκολικοῖς λέγει. Locus eſt Idyllio tertio:

——— καὶ τ' ὀρχαν
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μὴ τὸ κορύψῃ.

Illud autem nimis feſtivum eſt, quod aliquanto poſt ſequitur: Capras ſcilicet, ſiquis iis nares obturet, cornibus ſpirare. Sed pro κεράτων certiſſime emendandum eſt ἐάτων vel ὄτων. Varro de Re Ruſtica: *De quibus admirandum illud, quod etiam Archelaus ſcribit; Capras non, ut reliqua animalia, naribus, ſed auribus ſpiritum ducere ſolere.* Idem narrant Plinius & Aelianus. Clodius iſte Neapolitanus librum compoſuit adverſus eos, qui carne abſtinerent; ut teſtis eſt Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. neque alius quiſquam illius meminit, quod ſciam. Fidem id facit, minime ψευδεπίγραφα haec eſſe, ſed ex Porphyrio bona fide excerpta.

P. 181. Καὶ μὴ τοῦτο Μίνως, καὶ μὴ Μίνωα Αὐλίας. Dixi meam ſententiam: nimirum aut vitio codicis aut memoriae falſum eſſe Joannem; & ad hunc modum à prima manu ſcriptum videri, Καὶ μὴ τοῦτον Ιωνα, καὶ μὴ Ιωνα Αἰσχύλον. Porro iſte Jon poeta fuit Tragicus, natione Chius: de quo ideo plura dicemus, quia Theſpide & Aeſchylo aliquanto eſt ignotior; tum autem ut quaſi ſpecimen demus iſtius operis, cujus antea fecimus mentionem, quo *Relliquias omnis Graecae Poeſeos*, Philoſophicae, Epicae, Elegiacae, Dramaticae, Lyricaeque colligere voluimus. Sed haec fuerunt. Principio autem non injuria Chius noſter una cum Aeſchylo memoratur, cui olim amicitia & familiaritate conjunctus fuit; ut ex Plutarcho conſtat in libro qui inſcribitur Πῶς ἄν τις αἰσθοιτο ἑαυτὸν ὠφελούμενον ὑπ' ἀρετῆς. Αἰσχύλον, ait, Ἰσθμοῖ διαμφὶ ἀγῶνα πυκτῶν, ἐπεὶ πληγέντες ἐτέρῳ τὸ πρόσωπον ἐξέχεεν, νίκας Ιωνα τὸν Χῖον, Ὁρᾷς, ἔφη, οἷον ἡ ἄσκησίς ἐστιν· ὁ πεπληγὼς σιωπᾷ, οἱ δὲ διαμφὶ βοῶσι. Juvenis tamen cum ſene verſatus eſt; & in eo quidem non leviter peccatum eſt à Joanne, quod Jonem Aeſchylo vetuſtiorem faciat. Utinam vero ſupereſſet hodie Batonis Sinopenſis liber: Plura de Ionis aetate, & evidentiora dici poſſent: nunc ſoli in obſcuro lubricoque tramite magis reptamus, quam pedetentim ingredimur. Platonis eſt Dialogus, quo Socrates ſermonem inſtituit cum Jone quodam Epheſio; quem a Chio non eſſe diverſum opinio eſt Lilii Gyraldi, Julii Scaligeri, Delrii, & Menagii: quae ſi vera eſt ſententia, non opus eſt ut multa dicamus. Statim enim conſtabit Jonem Aeſchylo fuiſſe natu minorem. Quippe Socrates natus Olymp. LXXVII. anno IV tantummodo XIII aetatis annum agebat, cum Aeſchylus ex vita exceſſit, videlicet Olymp. LXXXI. an. I. Callia Athenis Archonte. Sed de Epheſio iſto pugnant adverſus Gyraldum & Scaligerum eruditiſſimi quidem homines Leo Allatius & Joannes Jonſius: ille contume-

liis

liis fretus, & eo quod nullo auctore primus id dixerit Gyraldus, quodque Ephesius Rhapsodus fuerit, non Tragicus; hic autem acerrimo telo armatus, quia ratio temporum reclamat: scilicet Jonem Chium Olymp. LXXII. tragoedias docuisse non minus annos viginti priusquam Socrates nasceretur, Olymp. demum LXXVII. IV. Mihi quidem idem est animus, non unum & eundem fuisse Chium & Ephesium: Chius enim & genere & opibus fuit clarus: qui cum Athenis quondam tragoedia simul & dithyrambo vicisset, Chii vini cadum viritim cuique civium dedit; ut memorant Athenaeus & Comici enarrator ad Pacem. Luculentae vero divitiae, quae tam eximiae liberalitati sufficere potuerunt. Ephesius homo mendicus & circumforaneus cantitando & gesticulando victum inopem quaeritans, ut mos erat Rhapsodis, quos Homerus suus missella stipe & esuritione pascebat. Ipse de se loquitur apud Platonem: Δεῖ γάρ με τὸ σφόδρ' αὐτοῖς (τοῖς ῥαψῳδοῖς) τὸν νοῦν προσέχειν, ὡς ἐκὸν μὲ κλαίοντας αὐτοὺς κωμῳδῶ, αὐτὸς γελάσομαι ἀργύριον λαμβάνων· ἐὰν δὴ γελῶντας, αὐτὸς κλαύσομαι ἀργύριον ἀπολλύς. Chius in omni literarum genere magnum nomen est consecutus: Ephesius praeter Homerum nihil doctus cantare: sicut de se fatetur; cum a Socrate interrogatus, utrum Homerum solum calleret, an etiam Hesiodum & Archilochum; respondit, minime quidem istos; sed Homerum solum: atque hoc satis esse. Et aliquanto post, Οταν μόν τις, ait, ἄλλου τινὸς περὶ ἀλλοτρίου λέγοντος, ἐγὼ προσέχω τὸν νοῦν, ἀδυνατῶ τι καὶ ὀλίγου συμβουλίας λόγου ἄξιον, ἀλλ' ἀπέχνως νυστάζω, & alia pluria in hanc sententiam. Sic igitur persuasum habeo, Chio illi & Ephesio patriam, genus, fortunas, ingenium, studia, mores, omnia denique praeter nomen & aetatem disparia fuisse. Et aetatem quidem cum dico, cave cum Jonsio, Menagio, & Gerardo Vossio ad Olymp. LXXII. Jonem Chium rejicias, qui in erubescendum errorem inciderunt inscii,

Et graviter magni magno cecidere ibi casu:

ab hominum futilissimo Aemilio Porto decepti, qui Suidae verba, Ηρξατο τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆ $\overline{\pi\varsigma}$ Ολυμπιάδος, ita Latina fecit, tanquam si Ion Olymp. LXXII. scribere coepisset. Atqui, o bone, $\overline{\pi\varsigma}$ sunt LXXXII: & Scholiastes Comici non numerorum notas, verum integra verba exhibet, ἐπὶ ὀγδοηκοστῆς τῆ δευτέρας Ολυμπιάδος. Facile igitur per aetatem licitum est, usum & consuetudinem Joni Chio cum Socrate fuisse. Quin ipse in suis scriptis Socratis mentionem fecit. Diogenes Laert. Ἰωὴν δὴ ὁ Χῖος ἐν νίσῳ ὅτι τὸν Σωκράτην εἰς Σάμον τὸν Αρχελάῳ ἐπιδημῆσαί φησι. Quid Allatius, malevolentia & livor, non homo? quam falsus est animi, cum Gyraldum credidit primum in ea opinione fuisse? Ecce tibi è transverso Suidas. jampridem is

in

Διηγεμβεδιδάσκαλοι idem cum Gyraldo ſenſerat. Καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος ἐπὶ λόγου εἰς αὐτόν. Portus haud praeter ſolitum perverſe; ut nihil magis: *Extat Socratis Philoſophi oratio in ipſum ſcripta.* Sed de dialogo Platonis intellexit Lilius; & recte quidem: eo ſolum nomine culpandus, quod errantem ducem ſecutus eſt. Jam vero, cum illud exploratum ſit de Olympiade LXXXII, quis dubitet quin Jonem Aeſchylus anteierit aetate? ſiquidem obiit fere ſeptuagenarius, triennio prius ad minimum quam Jon ad ſtudium Tragicum ſe applicaret. Praeterea, narrat Jon (apud Athenaeum) conveniſſe ſe in inſula Chio Sophoclem poetam, cum Praetor factus navigaret in Lesbum: & (apud Plutarchum) memorat ſolitum eſſe Periclem jactare ſe magnificentiſſime, quod Samios viciſſet. Ea vero geſta ſunt Olymp. LXXXIV. IV. à morte Aeſchyli annis quindecim. Didaſcaliae veteres in Argumento Hippolyti: Ἡ τοιαὐτη δὲ δράμασιν ὑπόκειται ἐν Θήβαις (imo Τεγέᾳ) ἐπὶ Ἀμειναίου ἄρχοντος Ὀλυμπιάδι πζ ἔτει δ. Πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. Itaque Olymp. LXXXVII. IV. Jon fabula certavit annis ſeptem & viginti poſteaquam Aeſchylus mortuus eſt. Denique haec ſodes vide ex Ariſtophanis Pace:

Θε. Οὐκ ἦν ἄρ' ὑδ' ἃ λέγουσι περὶ τ' ἀέρα,
Ὡς ἀφέρες γινόμεθ', ὅταν τις ἀποθάνῃ;
Τρ. Μάλιστα. Θε. Καὶ τίς ἐστιν ἀστὴρ νῦν ἐκεῖ;
Τρ. Ἴων ὁ Χῖος.

Scholiaſtes notat Jonem jam mortem obiiſſe. ὅτι ὁ μὲν Ἴων ἤδη τέθνηκε δῆλον. addo, etiam eodem anno quo acta eſt ea fabula, III. videlicet belli Peloponneſiaci, Olymp. XC. II. uti conſtat ex ipſa Comoedia, ubi Trygaeus ſic Pacem alloquitur:

Μὰ Δί', ἀλλ' ἀποφθονον ὄλλω σαυτιὼ
Γενναιοπρεπῶς τοῖσιν ἑταίραις
Ἡμῖν, οἵ σε τρυχόμεθ' ἤδη,
Τεία χὠ δεῖν' ἔτη.

Jam nuſquam habet Malelas, quo abdat illud putidum & inhoneſtum caput. Tantum abeſt ut Ion Aeſchylo natu fuerit grandior; ut ſuperſtes ei fuerit annos ſolidos XXXVII. Nunc tempus eſt ut de Ionis ſcriptis fidem liberemus. Et profecto non immerito propter multiplicem doctrinam à Callimacho laudatus eſt Ion. Καὶ Καλλίμαχος, ait Suidas, ὁ χαλκέντερος μέμνηται αὐτοῦ, ὅτι πολλὰ ἔγραψεν. Nam ut Poemata prius recenſeamus; deinde quae oratione proſa compoſuit:

poſuit: *Melica* Ionis laudantur & *Dithyrambica*. Schol. Ariſtophanis, & Suidas: Ιων διθυραμβων ἐ μελῶν ποιητής. Harpocration: ἔγραψε ὴ μέλη πολλά. Et dithyrambo quidem vicit, cum Athenienſibus viritim Chii cadum diſtribuit: ex Melicis carminibus extat Odae principium, Λοῖον ἀμπελοφοίταν, Ἀστέρ᾽ μάκαρ μέλψω, ἀείδω λευκοπέπλυνα πεδόθρονον. Sic lege apud Scholiaſtem & Suidam: male in utroque ἀμπελοφοίταν, & in altero λευκὴν πέπλυνα. *Paeanes*, *Hymni*, *Scholia* ſive carmina convivalia. Schol. Ariſtoph. *Elegiaca*. Idem & Suidas. Ex Elegis non pauccos verſus adducit Athenaeus: ut lib. XI. c. 3. Καὶ Ιων δ᾽ ὁ Χίος φησι,

Χαιρέτω ἡμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πατήρ τε,
Ἡμῖν ὃ χρητῆρ᾽ οἰνοχόοι θέραπες
Κιρνάνλων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις· ὁ δ᾽ ὃ χρυσὸς
Οἶνον ἔχων χειρῶν νίζέτω εἰς ἔδαφος·

& quae ſequuntur: ubi Caſaubonum nequicquam aeſtuantem videas, ut eliciat ex iſtis ſententiam commodam; nam prius correctionis indigent, quam a quoquam intelligi poſſint. Non longe aberrabimus à ſcopo, ſi ſic legerimus:

——————— ὁ δ᾽ ἕκαστος
Οἶνον ἔχων χειροῖν ἰζέτω εἰς ἔδαφος.

Comoediae ut Comici Schol. *Comoedia* ut Suidas. *Epigrammata* Idem Schol. & Anthologia Epigram. lib. 3. c. 26.

Ιωνος εἰς Εὐριπίδην.

Χαῖρε μελαμπέπλοις Εὐριπίδη, ὃν χάλκοισι
Πιερίας τ᾽ ἀεὶ νυκτὸς ἔχων θάλαμον.
Ἰθι δ᾽ ὑπὸ χθονὸς ὤν, ὅτι σοι κλέος ἄφθιτον ἕστω
Ἴσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισιν.

Sed omnino falſa eſt & ementita inſcriptio: quam ratio temporum refutat & rejicit. Mirificum vero poetam Ionem, qui Euripidem mortuum Epigrammate celebraverit, ipſe jam annos tredecim extinctus. Deceſſit Ion Olymp. XC. II. anno belli Peloponneſiaci XIII. Euripides autem & Sophocles ejus belli XXVI anno, Olymp. XCIII. III. uti conſtat ex Ariſtophanis Ranis, quae actae ſunt eo anno Dionyſiis τοῖς κατ᾽ ἄρχας· ut alia argumenta mittam ab eruditis viris occupata. Itaque loco Ιωνος ſcribendum eſt fortaſſis Ιωάννου, vel Βίωνος vel Δίωνος, ut cuique libitum fuerit. *Tragoediae* numero XII, ut alii volunt XXX, ut alii XL. χολ. & Suidas. Tituli quidem undecim à veteribus Gram-

rammaticis adhuc ſervantur. ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ. Idem χολ. Athenaeus. Heſychius: Παιδαγῷ ὕπνῳ, ἢ παιδαγῷ κώφῳ. Ιων μαμίμονι. πρὸς ὃ ἢ βιβλίῳ. leg. ἠπιδαγῷ, κώφῳ. ΑΛΚΜΗΝΗ. Heſych. Pollux x. 23. Εν ᾧ τῇ Ιωνος Αλκμήνῃ, ὃ εἰς τὴν τ' τραγῳδὸς παρασκευὴν ἦν, ὑλακίσκη ἀνόμασαι. Repone ex Cod. Voſſiano, ὁ εἰς τὴν τ' τραγῳδὸς παρασκευὴν ὑλακίσκος ἀνόμασαι. ΑΡΓΕΙΟΙ Heſych. ΜΕΓΑ ΔΡΑΜΑ. Pollux x. 45. Heſych. Ἀκμαζομένη, & Μελαίχειτον, μειράλῳ δεκμαῖ ἀπὸ τ' ἀνθρώπων, οἷον ἀκμάζουσιν. Lego: Μελαιχαίτην, Ιων Μειράλῳ δεκμαῖ. Homines ἀκμαζοντες aetate florentes capillitio fere nigro ſunt, provecti caneſcunt. Sed verbum id inverſum eſt ab Ione, & ad alia tralatum, quae ſunt annis & viribus integris: quaſi diceretur exempli gratia ἵππος μελαιχαίτης, *equus florenti aetate juvencus*. ΦΡΟΥΡΟΙ. Schol. Ariſtoph. Heſych. Athenaeus: ΦΟΙΝΙΞ. Julius Pollux: Ιων δὲ ἐν Φοίνικι σαφέστερον· Αλλ' ὦ ξυμπιῶν τῶνδε καμοῦ θροεῖ. Enarrator Comici ad Ranas: Τοῦτο δὲ Ιωνός ἐστιν ἐκ Φοινίκης ἢ Ὀινέως· Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνήρ, πολιήτης. Repone ex certiſſima conjectura ἐκ Φοίνικος ἢ Καινέως· & verſus iſte Heroicus eſt, non alienus à Tragoedia.

Εἰ δ' ἐγὼ ὀρθὸς ἰδεῖν βίον ἀνήρ, ὦ πολιῆτ.

ſic Athenaeus lib. III. & IV. Ιων ἐν Φοίνικι, ἢ Καινεῖ. Itaque eſt ΦΟΙΝΙΞ Η ΚΑΙΝΕΥΣ & ΦΟΙΝΙΞ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. vide Heſychium in Τιμαλφής. Athenaeus fine lib. IV. Εν ᾧ τῷ Διτρίῳ Φοίνικι ὁ Ιων φησίν. Εκτυπον ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντα ῥυθμόν, ὅτω λέγων τῷ Φρυγίῳ. Non de nihilo eſt quod Codd. MSS. conſtanter exhibent τρέχοντα· ad quorum indicium ſic legerim:

——— Ἐκτύπων, ἄγων βαρὺν
Αὐλὸν, τρέχοντα ῥυθμόν. ———

ut in Euripidis Rheſo.

Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει Φοβόν.

ΤΕΥΚΡΟΣ. Heſychius: Αἰδεσὶ, αἰδέσεις, Ιων Τεύκρῳ † Αἰδροφῶτα, αἰδεῖον ἀναιρετικὸν. Scribe Ιων, & illud alterum Heſychii peccatum eſt ſcutica dignum. Quicunque fuerit *interfector* iſte *ſtultorum*, homo ſane metuendus, ſine dubio trucidaſſet Heſychium ſi occaſionem hanc nactus fuiſſet. Vera ſcriptura eſt Ανδρειφόντη, ἀνδρῶν ἀναιρετικὸν, ex Homerico iſto: Ιων V

Μηριόνης ἀταλαντ Ενυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.

Αμφιβώτης, ἀμφιβόντες· Ιων Τεύκρῳ. lego ἀμφιβόητε. Βαίτας, βιβωτὸς Herodot. inde ἀμφίβωτος. Idem alibi, Αμφιεῶτης, ἀμφιεόντος.

βάπτος. Iterum tibi, mi Heſychi, à ſtulticida illo cavendum eſt; nam cur non ego par pari referam, & barbariam tuam ulciſcar nunc demum nato vocabulo? ΟΜΦΑΛΗ. Schol. Ariſtoph. Harpocration. Heſychius: Ἐῤῥωπίζομεν. Ἰωνες. Ὀμφάλη, πηὸς ῥωπίζειν ἀπέδοσαν τὸ ἀπιχνεύειν, ἢ ἀμαθύνειν. (pro ἀμαθαίνειν) κακῶς. Εστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς καὶ ποικίλος φόρτος, καὶ βάβδος, ἢ τὸ ἔστω τὰ ῥωπῶν πλέγματα καινὰ καὶ σῆτρα κυρίως. Lego: ἀπιχνιπτύειν. Et: Εστι γὰρ ῥῶπος ὁ λεπτὸς ἢ ποικίλος φόρτος, καὶ γέλγαι, καὶ τὸ ὅσα τὰ ῥωπῶν πλέγματα καινὰ καὶ σῆτρα κυρίως. Quanto haec meliora quam illa Palmerii! Heſychius alibi. Ἐελπτίζομεν, ἢ πιχνιπτύομεν, ἢ σύμμικτα χρώματα εἴχομεν. Iterum à librariis deceptus eſt. Sana lectio eſt: Ἐῤῥωπίζομεν, ἀπιχνιπτύομεν, ἢ σύμμικτα χρώματα εἴχομεν. Etymolog. magnum: Ἐῤῥωπίζομεν, εὐμικτα ἢ συμπεφορημένα ἐπιῤῥίπτομεν· quod ferri quidem poteſt; ſed emendatius fortaſſe profertur ab Euſtathio: Φέρεται δὲ καὶ ῥῆμα τὸ ῥωπίζειν, ὃ δηλοῖ τὸ σύμμικτα καὶ συμπεφορημένα ποιεῖν. Quod ad βάβδος attinet, terminatio ΟΣ in libris MSS. minuto apice ſignatur: illa vero non oppido diſſimilia γέλγαι vel γάλγια & βέβδαι. Aliis eſt potius γάλγη numero ſingulari. Euſtathius: Ῥῶπος, λεπτὸς καὶ ἁπλῆς (leg. ὑπλῆς) φόρτος, ὡς ὁ Αἴλιος Διονύσιος λέγει. καὶ ποικίλος· γάλγην δέ, φησὶν, αὐτὸν ἔλεγον οἱ παλαιοί. Heſych. Γάλγη, ὁ ῥῶπος, ἢ βάμματα, καὶ ἀτραπιοὶ καὶ κτίνες. Photius Patriarcha: Ῥῶπος, μηδενὸς ἄξιον, Ῥῶπος καὶ γάλγη, ὁ ποικίλος. λεπτὸς φόρτος. Jam σῆτρα certiſſima emendatio: ea ſunt Caniſtra virgultis aut juncis contexta. Heſychius: Σῆτρα κόσκινα ἢ κύμβαλα. duo verba confundit σῆτρα & σεῖστρα, quorum hoc ἀπὸ τοῦ σείειν formatur, illud ἀπὸ τοῦ σήθειν. Achaeus vetuſtus tragicus docuit Omphalen Satyricam: quo de genere perſuaſum prorſus habeo etiam hanc Ionis fuiſſe. Hercules ſervivit Omphalae, Genio & Veneri aſſidue litavit: juſſus & inter ancillarum greges penſa carpere, ſicubi duro & indocto pollice fila rumpebat, è veſtigio hominis caput Sandalium commitigabat. Nihil hic triſte neque tragicum: ludus jocuſque omnia. Favent huic ſententiae fragmenta, quotquot ſuperſunt; quae nihil niſi convivia, comeſſationes, & ſymphonias pollicentur. Heſych. Μεσόμφαλαι, φιάλαι. Etym. Πίδι Παχτύλῃ ῥοάς. Pollux: Καὶ τὴν μίλαιναν σίμβλην ὁμματογράφον. Athenaeus: Οἶνος ὃν ἔτι.

Εν τῷ σκύφῳ———

& Ενιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἄγειν.

Et Λυδάς τε μαγάδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

xcv. & lib. x.

Αλλ' εἶα Λυδαὶ ψάλτριαι, παλαιθέτων

γυμνοι

Τμνων ἀοιδοὶ, ϯ ξένον κοσμήσατε.

Ita lege, non Αλ' αἱ Λυδαὶ, quod verſus recuſat. Et eodem libro: Ιων δ' ἐν Ομφάλῃ ἐμφανίσας τὴν Ηρακλέους ἀδηφαγίαν ἐπήγεν· Υπὸ δ' ϯ Εὐφημίας

Κατέπινε χὴ τὰ κάλα χὴ τὺς ἄνθρακας.

Caſaubonus corrigere conatus eſt, ϯ εὐφωνίας. Nollem factum. Neque enim quiſquam ita locutus eſt; neque, ſi fuerit locutus, eo magis conveniret huic loco; quia ſyllaba ſecunda foret brevis. Nihil aptius excogitari poteſt ϯ βελτίους: adeo quadrant omnia, ſimilitudo, menſura, ſententia. Libet illud afferre cum probationis tum boni ominis cauſa,

Ἐξω τὰν βέλιμον, ἔσω τὰν πλεθυγίειαν.

Atque haec quidem de Omphale ſcripſeram; cum Strabo mihi ad manum non eſſet. Poſteaquam copia facta eſt eum adeundi, delectatus ſum ejus ſuffragio confirmari ſententiam meam. Verba ſunt lib. 1. de Inſulis, quae continenti quondam adhaerentes, poſtea interfuſo mari avulſae ſunt. Ιων δ' ὡδὶ ϯ Εὐβοΐας φησὶ τὸ Ομφάλῃ Σατυρικῆς.

Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ' ἀκτῆς, ἐκτεμὼν
Πρὸς Κρῆτα πορθμόν.

Locum hunc, ait Caſaubonus, *depravatum eſſe monere poſſum: emendare non poſſum ſine ope codicum.* Ego vero nullis adjutus codicibus, niſi tamen in integrum reſtituero; nihil deprecor, ne dentatis Criticorum chartis & canina eloquentia conſcindar. Lego autem ſic:

Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἐχώρισ', ἀκτὴν ἐκτεμὼν
Προβλῆτα πορθμοῦ.

Homerus Od. ε.

Αλλ' ἀκτὴ προβλῆτι ἔοικε, σπιλάδες τε, πάγοι τε. & hymno in Bacchum:

——— Ως ἐφάνη πόδα δῖον ἁλὸς ἀφυγέτοιο
Ακτῇ ἐπὶ προβλῆτι.

Nec minus recte illud πορθμοῦ. Pomp. Mela: Sicilia aliquando continens, & agro Brutio adnexa, poſt *freto* maris Siculi *abſciſſa* eſt. Idem Caſaubonus legit Ομφάλῃ Σατυρικῇ, vel Σατυρικῆ videlicet

videlicet δράματι· nam Ionis Omphalam, ut Achaei, Satyricam fuiſſe putat. Poſtea tamen oblitus eſt hujus loci, cum aureolum illum libellum de Satyrica compoſuit. Sic enim nam p. 186. *Scripſerat & Ion Chius poeta tragicus Omphalam; ſed id drama fuiſſe Satyricum nuſquam lego.* Tu revoca in memoriam quae ſcripſimus ſupra paullo in hac Epiſtola, & ſine cuſtatione lege ἐν Ομφάλῃ Σατύροις. Illud etiam notandum, cum numero ſingulari conjungi Σατύρους· cujus rei exemplum tunc non habuimus. Sic Lycophronis Μενέδημον Σατύρους laudant Athenaeus & Laertius. Jamque etiam in memoriam redeo luculenti loci apud Galenum Comm. I. ad VI. Ἐπιδημιῶν ubi Sophocles citatur in Σαλαμῖνι Σατύροις. Is ita ſe habet. Νυνὶ δ' ἀρχόμεθα τοῖς γραμματικοῖς ἀκολουθήσαντες, καπὶ τῷ ἐκείνων ἀφαιρεῖν εἰκῆ τι ὡδὶ τὸ καπὶ τῷ πίμφιγα σημαινομένων. Δοκεῖ μὲ γὰρ αὐτῷ ἐπὶ τῆ κνῆς Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς λέγειν. Ἀπῆξε πέμφιξι ἐ πίλας φόρυ. (lege

Ἀπῆξε πέμφιξ Ἰονίυ πέλας πόρυ.

Vel ad hunc modum, ſi id minus placet, aeque commoda mutatione;

Ἀπῆξε πέμφιξ ἐξ ἔω σελασφόρυ.)

Sic Aeſchylus Prometheo.

Χρόνον δ' ἔτ' ἔλλοντα πόντιος μυχὸς,
Σαφῶς ἐπίσασ', Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Apollonius Rhodius lib. IV. loquens de Colchis:

Τὼ ῥ' ὑπέφθη τὺς γε βαλὼν ὑπὲρ αὐχένα γαίης
Κόλπον ἔσω πόντοιο πανέχατον Ἰονίοιο.

Καὶ αὐτὸς ἐν Σαλαμῖνι Σατύροις· ἢ πίχ' ἁν κεραύνια πίμφιξι βεβριθῆς ἢ δυσοσμίας λάβοι. (lege — ἐ πίχ' ἂν Κεραύνια Πίμφιξι βεβριθῆς ἢ δυσοσμίας βάλοι.) Αἰσχύλος δ' ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ (imo vero Λυομένῳ)

Εὐθεῖαν ἕρπε τιμί δὲ· ἢ πρώτιστα μὲ
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, ἵν' θύελλα δὴ
Βρόμον καταιγίζουσα, μὴ σ' ἀναρπάσῃ
Δυσχειμέρῳ πέμφιξι ξυστρέψας ἄφνω.

Επὶ δ' τὰ ἀκτῖνων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῷ τὸ πίμφιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς ἐν Κολχοῖς καπὶ πίδι τὶ ἔπη· καὶν ἐθαύμασα τῆδε σκοπῶν πίμφιγα χρυσέαν ἰδών. (lege — Καὶπεθαύμασα Τηλίσκοπον πίμφιγα

ἵππα χρυσείαν ἐδδν.) ὅτω δ' Αἰσχύλος. Ἐξευλάας ὅτι πίμφιξ ἠλίῳ προσδέρκε), ὅτ' ἀστερωπὸν ὄμμα Λητώας κόρης (lege. Αἰσχύλος. ἐν ξαντρείαις.

Ας ὅτε πέμφιξ ἠλίῳ προσδέρκε),
Οὔτ' ἀστερωπὸν ὄμμα Λητώας κόρης.

Ea fabula citatur in Catalogo Dramatum & Scholiis Eumenidum. Pollux 10. c. 26. τὰς μάστιγας λαμπτῆρας καὶ Καύκασος εἴρηκεν ἐξαντρίας Αἰσχύλος. MS. codex Iſ. Voſſii habet ἐν ξαντρίαις· ut & antea viri docti ex conjectura emendarunt. Porro Aeſchylus in his verſibus ſe ipſe imitatus eſt: nam haec habet in Prometheo vincto de Graecis ſive Phorcidibus:

Μονόδοντες, ἅς ὄθ' ἥλιος προσδέρκε)
Ἀχλύσιν, ὄθ' ἡ νύκτερος μιμὴν πολέ.)

Ἐπὶ δὲ τῶν ῥαχίπδες (lege ῥαπίδες) ὁ αὐτός φησιν ἐν Πεμπτεῖ·

Ἐξευλαβοῦ δὲ, μή σε προσβάλλῃ κόμα
Πέμφιξ· πικρὰ γὰρ κἀμὲ λαβὼ ζωῆς ἀτμοί·

Καὶ ἐν Παυσῇ. Μηδ' αἵματος πίμφιγα ποδὸς πέδῳ βάλῃς. Ἐπὶ δὲ ἧς νίφας δεκεῖ πτάχθαι καθὰ τόδι τὸ ἔπος ἐν Σαλαμινίᾳ Σατύροις παρὰ Σοφοκλεῖ· Πίμφιγι πᾶσιν ὀψιαγίλων πυρός. (ſcrib. Πίμφιγι πᾶσιν ὄψιν ἀγχίλω πυρός.) καὶ παρ' Ἰβύκῳ· Πυκιναὶς πίμφιγας πόμφοι· λίλαιε) δὲ οὕτως ὁ λόγος· αὐτὴ κατά τινα παραβολὴν ἐπιχθονιζομένων (lege ἐπὶ χθ.) εἰρημένη, διὸ καὶ τὸ ποσὶ ταυσικῶν οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῶν καθὰ τὰς ὄμβρους γινόμενον εἰρῆσθαί φασι τὰς πίμφιγας· ὁ δὲ Καλλίμαχος ὧδε· Μὴ λάβῃ πιμφίγων * ἐναίσιμα ἔα· ὁ δὲ Εὐφορίων ὅτως· εἶπε δ' ἄνθη πίμφιγας ἐπιτρόζουσι θυώντι. Verſus eſt hexametrus, Εἰ πιδαναὶ, vel Ἠπιδαναὶ πίμφιγες ἐπιτρόζουσι θυώντι. i. e. murmure ſuo quaſi lamentari videntur. Poſſis etiam legere, ἐπικλύζουσι. Quod ad Σαλαμῖνα Σατύρους attinet cujus gratia caetera emendavimus; nemo me adduxerit, ut verbum mendo eſſe vacuum exiſtimem. Aeſchylus quidem fecit Σαλαμῖνα, ſive Σαλαμινίας· Sophocleae fabulae, quae eo titulo inſcripta ſit, nemo alius meminit. Auſim pro certo dicere lectionem rectam eſſe Σαλμωνεῖ Σατύροις. Heſychius bis: Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ.

Quatuor hic invectus equis, & lampada quaſſans,
Per Graiûm populos, mediaeque per Elidis urbem
Ibat ovans, divûmque ſibi poſcebat honorem,
Demens! qui nimbos & non imitabile fulmen
Aere, & cornipedum pulſu ſimularat equorum.

Hacte-

Hactenus quidem argumentum eſt Satyris aptum, & conveniens ad hilarem & feſtum diem. Huc quoque fragmenta illa videntur pertinere; quae verba ſunt cujuſpiam qui facete & urbane irridet jocularem illam Simiam Touantis:

Καὶ τάχ' ἂν Κεραυνία
Πέμφιξι βροντῆς ϗ δυσοσμίας βάλοι.
Forſan & petet Ceraunia
Odore tetro & vi coruſta fulminis.

Et illud alterum:

Πέμφιγι πᾶσαν ὄψιν ἀγγέλῳ πυρός.
Nimbo ora velans *nuntio tonitrui.*

Atque hucuſque Sophocles in eo dramate proceſſit: nam quae ſequuntur, plane tragica ſunt, & lamentabili carmine deploranda.

At pater omnipotens denſa inter nubila telum
Contorſit, (non ille faces, nec fumea taedis
Lumina) praecipitemque immani turbine adegit.

Et haec quidem conjectura probabili nituntur: ſed extra controverſiam rem ſtatuit Athenaeus lib. XI· Καλεῖ] ὁ μάντις ϗ τὸ ἐπὶ κεφαλῆς ἐφεστηκὸς. ἀφ' ἧς (leg. ἀφ' ἅς) πὰς λαβόμενος τὸ πυῤῥὸν ἔπιμπον, ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς τὸ Σαλμωνεῖ χάλκεον ἅφη καλεῖ, λέγων ὧδε·

Τὰ δ' ἔστι κνισμὸς ϗ φλογμάτων ῥόφος,
Τῷ καλλικοπάβδῃ νικητήρια
Τίθημι, ϗ βαλόντι χάλκειον κέρας.

Jam ſi potes, dubita, an drama Satyricum fuerit necne. Profecto qui poteſt animum inducere, ut verſus proximos autumet in Tragoedia poſſe dici; auctor ego ſum, ut prius quid ſit Tragoedia, quid Satyri diſcat, quam de rebus aliquantum à vulgari notitia remotis ſententiam ferat.

Undecima Ionis fabula ΕΥΡΥΤΙΔΑΙ. Athenaeus lib. XI. Heſych.. Ἰάϊον ῥῆμα σημαίνει, ὡς Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ ϗ Ιωνι Εὐριπίδαις· lege Εὐρυπίδαις. Ἀθίκτους, ἀνυπάφους παρθένους, οἷον Εὐρυπίδης. Pulchre feciſſe ſibi viſus eſt, qui emendavit, οἷον Εὐριπίδης. Tu vero meo periculo repone, Ἀθίκτους κόρας, ἀνυπάφους παρθένους, Ιωνι Εὐρυτίδαις. Eurytidae autem, ne quis forte neſciat, ſunt Euryti Oechalienſis filii, quos Hercules occidit. Habes Tragoediae argumentum. Non praetermittendus eſt inſignis locus apud Schol. Soph. ad Trachinias. Ἀμφυτεύσῃ] ὁ δὲ Εὐριπίδης ἀελθμὸς.

add. p. 81.

Ἡσιόδ. μὲν δὴ (in Heiaeis, ut puto, vel Ἡρωικῇ Γενεαλογίᾳ) πατρωνύμια φησιν εἶς Εὐρύτου καὶ Ἀντίοχης παῖδας ὄντας.

Ἡ δ' ὑποκυσαμένη καλλίζωνος Σεληϊάδι
Εὐρυτον ὀρμαίνοισιν ἐγείνατο φίλτατον υἱόν.
Τῷ δ' ἡμεῖς ἐγένοντο Δηΐων τε, Κλύπιός τε,
Τοξεύς τ' ἀντίθεος, ἠδ' Ἴφιτος ὄζος Ἄρηος.
Τὼς δὲ μέθ' ὁπλοτάτῳ τέκετο ξανθῷ Ἰόλαϊ
Ἀντιόπη κρείουσα, παλαιὸν γένος Αὐβολίδαο.

Κρεόφιλ. δὲ δύο Ἀριστοφάνης ἓν τρισὶ, Τοξέα, Κλύπιον, Δηΐονα. Satis jam pernosti, qui sint Ionis Eurytidae. Sed haud plene satisfactum esset promisso nostro; si versus eos dimitteremus ex manibus, & mendum teterrimum silentio dissimularemus. Principio legendum Ἀντιόπη. Schol. Apollonii: Κλύπ. καὶ Ἴφιτ. οἱ δὲ Ἀντιόπης παῖδες. Hyginus: *Clytius & Iphitus Euryti & Antiopes Pylonis filiae filius.* Quae quasi manu nos ducunt ad caetera corrigenda. Jam enim Hygini auctoritate scribo Πύλωνος pro παλαιὸν γένος· atque adeo, ut pompam & prooemia missa faciam, versum hunc integrum praestabo, sicut ab Hesiodo profectus est,

Ἀντιόπη κρείουσα Πύλωνος Ναυβολίδαο.

Nam cedo mihi unum, qui Auboli vel Aubolidae meminit. Naubolus vero nemini ignotus esse possit, qui labris primoribus gustavit literas humaniores. Apollonius Rhodius:

Τοῦ δ' ἐπὶ δὴ θείοιο κίεν Δανάοιο γενέθλη
Ναύπλιος, ὃν ῥ' ἔλιω Κλυτονήϊ Ναυβολίδαο,
Ναύβολος αὖ Λέρνῃ.

Conveniunt aetas, locus: ut, quanquam de hac re nullum verbum faciant alii scriptores, nihil tamen impediat, quo minus Pylon Nauboli filius esse potuerit. Denique pro Κρεόφιλ. lege Κρεόφυλ.: qui poëma composuit Οἰχαλίας ἅλωσιν: ad quod respexit Scholiastes. De Creophylo consulantur Apuleius, Porphyrius, Strabo, Sextus Empiricus, Suidas, Scriptor certaminis Hesiodi & Homeri, Plato Πολιτείαν x, Photius in Lexico MS. Κρεόφυλ. Πολιτείας ι'. ὁ δὲ Κρεόφυλος, ὡς Σύκερπις, ἔσως ὁ Ὁμήρου ἑταῖρος· τοῦτόν τινες καὶ διδάσκαλον Ὁμήρου λέγουσι γεγενῆσθαι, ᾧ δὴ καὶ αὐτῷ ποίημα Οἰχαλίας ἅλωσις· ἀρχαῖος μέν τις ἦν ἀνὴρ, καὶ ποιητὴς ἱκανὸς Ὁμήρου. Pausanias Messenicis: Θεσσαλοὶ δὲ Εὐβοέων λέγουσιν, οἱ μὲν ὡς τὰ Εὐρύπυλον πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία· τὴν δὲ Εὐβοίων λέγω Κρεόφυλος οὐ Ἡρακλείᾳ πιστοίμενον ὁμολογοῦντα

Hera-

Heracleam hanc diverſam eſſe totam ab Οἰχαλίας ἅλωσις ſenten-
tia eſt Ger. Voſſii. Aegidius vero Menagius aſſeveranter af-
mat pro ἐν Ἡρακλείᾳ ſcribendum eſſe ἐν Οἰχαλίᾳ. Demiror e
dem viros excellentes ingenio & doctrina morbo minime dep
rato medicinam non reperiſſe: quae, niſi me omnia fallun
haec eſt. Τῷ δὴ Εὐβοίων λόῳ Κρέωφυλος Ἡρακλέα ποιήσαι ἐμ
λογώτατα. *Euboeenſium autem ſententiae Creophylus Herculem a
duxit convenienter loquentem.* Enimvero pars magna illius po
matis fuit Hercules; ut propemodum jam illud audire mi
videar:

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε βίη Ηρακληείη.

Similis locutio eſt in iſtis, quae occaſione alia ſupra adduximu
Ἐν παῖς Κρησὶν Εὐριπίδης Ἰκαρον μυθεῦται ἐποίησεν, &, Ἐν πα
Κρήσσαις Ἀεσχύλῳ εἰσήγαγε παρενύσσων· neque opus eſt, ut plur
teſtes excitemus. Sunt qui Οἰχαλίας ἅλωσιν ad Homerum refe
runt; ſicut auctor eſt Callimachus apud Strabonem & Sextu

Τῷ Σαμίῳ πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὁμηρον
Δεξαμενῷ κλαίω δ' Εὐρυτον ὅσσ' ἔπαθε
Καὶ ξανθῷ Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέλα.

Suidas in Ὁμηρος· Ἀναφέρει δὲ εἰς αὐτὸν καὶ ἄλλα τινὰ ποιήματα,
Ἀμαζόνια, Ἰλιὰς μικρὰ, Νόστοι, Ἐπικιχλίδες, Ἡδύπακτος ἤτοι Ἰαμ
βοι, Σικελίας ἅλωσις. Sed pro Σικελίας ſine ulla dubitatione le
gendum eſt Οἰχαλίας. Addam illud quoque; quod, ſi bene
Millium meum novi, praetermiſſum eſſe graviter tuliſſes: ni
mirum Ἡδύπακτος eſſe verbum nihili, & aliquanto inferius ſic
ſcribi, Ἐπαπάκτους. Καὶ Ἐπαπάκλιον, ait, καὶ Ἐπικιχλίδας ἐποί-
ησεν. Et prima quidem ſpecie ea conjectura vera videbatur,
ἐπᾷ ſcilicet Ἐπίγονοι. Memineram enim & ſeptem eſſe Epigo-
nos, & ad Homericorum poematum numerum adſcribi. Hero-
dotus IV. Ἀλλ' Ησιόδῳ μὲν ἐστι οὐδὲ Ὑπερβορέων ἱερημάχα, ἐστὶ δὲ καὶ
Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισιν, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὁμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐ-
ποίησε. Sed repudiavi continuo illam ſententiam, ubi animad-
verti Epigonos eſſe ἔπη καὶ ἓξ Ἰάμβους, non Senarios, ſed hexa-
metros. Scriptor certaminis Homeri & Heſiodi: Ὁ δὲ Ὁμηρος
δύστυχῶν τὴν νίκης, περιερχόμενος ἔλεγε τὰ ποιήματα· πρῶτον μὲν τὴν
Θηβαΐδα ἔπη ξ, ἧς ἡ ἀρχὴ

Ἄργος ἄειδε, θεὰ, πολυδίψιον· ἔνθα ἄνακτες.

Εἶτα ἐπιγραφὴν lege non dubitanter Ἐπιγόνους) ἔπη ξ ὧν ἡ ἀρχὴ

Νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, μοῦσαι·

Alii

lii & Thebaidem & Epigonos attribuunt Antimacho Colophonio. De illa quidem res eſt vulgaris: de his teſtem habeo ſcholiaſtem Ariſtoph. ad Pacem: Παν. Νῶν αὖθ' ὁπλοτέρων αὖ- ἀρχόμενα ——— ſchol. ἀρχὴ τῶν Ἐπιγόνων Ἀντιμάχου. Verum tra omnem controverſiam rem poſuit Joannes Tzetzes, qui riuſque ſcripti ſimul mentionem facit, in *Iliade interpretata legorica*, quae nondum edita eſt:

Τρία γ' δέκα γέγραφε μνημόσυνον βιβλία,
Μαργίτου τε, γ' Αἰγά τε, γ' τ Μυῶν μ' μαχία
Τοῦ Ἐπιγόνων μάχιον τε γράφῃ, γ' Θηβαΐδα,
Τοῦ Οἰχαλίαν, Κέρκωπας, εἰς τοὺς Θεοὺς τε γυμνούς,
Καὶ τοὺς Ἑπτὰ ἐπάκτιον γ' τοὺς Ἐπικιχλίδας,
Καὶ Ἐπιγράμματα πολλὰ σοῦ Νυμφικοῖς τοῖς γυμνοῖς,
Καὶ τ Ὀδύσσειαν αὐτοῦ μ' τ Ἰλιάδος.

n his etiam *Oechaliam* habes: ſed aliud exemplar non τοὺς habet, verum τοῦ ἑπτὰ ἐπάκτιον. Aut ego plane deſipio, aut legendum eſt

Καὶ τ Ἑπταεπάκτιον γ' τοὺς Ἐπικιχλίδας.

oſtremam enim vocem non Suidas tantum, ſed & Herodotus ita xhibet, & Athenaeus. lib. 2. & XIV. Quin etiam apud Suidam ud ἑπταπάκτιον ad hoc exemplum corrigendum eſt: & pro ἑπτα- πάκτους ſcribendum videtur ὁ ζ ἑπτάκτιος, i. e. ἑπταεπάκτιος· nam notat ἑπτά. Sic apud Heſychium: Ενναιρὸς, θέτης· lege ἕτης, i. e. ναίτης. quia ν ſignificat ἑνία. & verbo uno interjecto, Εννὴς, ἥρως, ἀληθὴς, ἀγαθὸς, πατρῶος. Librarii, ut compendium operae ciant, πατὴρ ſcribunt pro πατὴρ, & pro πατρῶος, πρῶος quod in hoc co depravatum eſt ex προῦ. vide Heſ. in Εννὴς. Caeterum e notatione τ Ἑπταεπακτίου, ut & illud attingam, facillimum t multa comminiſci: proxime tamen, opinor, ad verum accident, qui Homerum putaverint in opuſculo illo luſiſſe de hominibus quibuſdam numero ſeptem, qui ἐπ' ἀκτῆς *in littore* cibo vel ſomno curabant corpora, vel aliud quid jocoſi & ridiculi faciebant. Homerus ipſe in Certamine cum Heſiodo: Ἀν- ἀκτὶ λιῆρὸν ἐπ' ἀκτῆς δέρμα ἰλιάζ. & Odyſſ. ν. Τὸν δ' ὦρ' ἐ' ἀκτῆς τόρε κοιμήσαντα. Et Herodotus in vita Homeri: Καὶ ὕ- ἀναλαβόντες αὐτὸν ἀνήχθησαν, ἐ ἴσχουσι ἐπ' ἀκτῆς· οἱ μ δὴ ἀ- τῆς ὡς ἔρηον ἐτράποντο, ὁ δ Ομηρ τὴν νύκτα ἐπὶ τ αἰγιαλ κατέ-

καταμεῖναι· & aliquanto inferius: Καὶ ἀναχθεὶς μετὰ τινα χρόνον ἀπηνέχθη εἰς τὴν Ιωνίαν· ἐν ᾗ ῥαψῳδήσαι ἐν καινῇ πόλει, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς. Atque hanc vel illam rem verisimile est argumentum & occasionem poëmati dedisse. Venio ad ea, quae *oratione prosa* Ion composuit. Nam in eo genere libros edidisse testis est Plutarchus De fortuna Romanorum: Ιων μὲν ὢν ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς διθυράμβοις καὶ παιδικοῖς ᾄσμασιν αὐτὸν γεγραμμένοις φησὶν, ἀνομοίως πρᾶξαι τῇ σοφίᾳ τὴν τύχην ὥσπερ ὁμοιοπαθῶν πράγμασιν γενόμενον δημαγωγόν. & Suidas in Διθυρ. Ἐγραψε δὲ καμῳδίαν ἐπιγράμματα καταλογάδην καὶ περισσὸν λεγόμενον. Portus vertit barbare: *Et Epigrammata oratione soluta.* Libenter vero viderem vellem nobilia illa epigrammata pedestri sermone facta. Vah adeone exaruerat penitus benigna illa vena ingenii? & extinc erat prorsus ea mentis inflammatio, sine qua nemo fit bonus poeta? Quid? unáne & generosum Ariusium in cellis evanuera quo memorant Ionem bene libenter plerumque esse usum? nimvero verissimum esse comperit, quod olim dixerat Epi charmus;

Οὐκ ἔνι διθύραμβος, ὅκχ' ὕδωρ πίῃς.

Sed bene est, quod commoda mutatione propulsare possumu hoc dedecus à summo poeta. Sic enim Suidam emendo. ἔγρα ψε δὲ κ. καὶ ἐπιγράμματα, καὶ καταλογάδην ΠΡΕΣΒΕΥΤΙΚΟΝ λεγόμενον. Schol. Aristophanis: Ἐγραψε σκόλια, καὶ ἐλεγεῖα, καὶ κα ταλογάδην τὸ πρεσβυτικὸν λεγόμενον, ὃν νόθον ἀξιοῦσί τινες εἶν αι αὐτοῦ. Idem Scholiastes: Φαίνεται δὲ αὐτοῦ καὶ Κτίσις, ἡ Κοσμ λογικὸς, ἡ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ, ἡ ἄλλα τινά. Depravatum hun locum sic corrige: φαίνεται δὲ αὐτοῦ ΧΙΟΥ ΚΤΙΣΙΣ. Etymo logicon magnum. Λόξιος μερίδος Ιωνες λέγουσιν. Ιων ὁ Κίου κτ σμ' Ex τῆς Τέω λόξιος λόξιος ποιεῖν. Certissime legendum e Ιων ὁ Χίου Κτίσμ *Ion in Originibus Chii.* Videlicet ipse fuit Chi natione, & insula Teos Chio propinqua est, non Cio. Athenaeu libro x. Περὶ δὲ ταύτης τῆς Κρᾶσεως Ιων ὁ ποιητὴς ἐν τῷ περὶ Χ φησὶν, ὅτι εὑρὼν ὁ μαίτης Παλαμήδης ἐμφυτεύσατο πλοῦν ἔσωζε τ Ελλησι πίνακα τρεῖς πρὸς ἕνα κυάθους. Unum idemque est scriptum sed rideo eos, qui haec perinde ediderunt, quasi essent versu Iambici, non oratio soluta: de mendo autem, quo contamin tus est locus, nihil suspicati sunt. Quorsum enim pertinet illu εὑρών? Quid *reperit?* quod pueri clamitant se in faba reperisse Ego vero ausim asseverare sic à doctissimo Grammaticorum fu isse scriptum: Οτι ὁ εἰωνόμωπις Παλαμήδης &c. Pausanias Achaicis Ionis quaedam citat, ex hoc Originum libro, ut qu dem conjicio: non tamen usquequaque servavit verba auct ris. Ion enim, ut hominem Chium facere par erat, in prosaic scriptis Ionica dialecto est usus. Constat hoc ex superiore loc

Et

ymologici, & Harpocrationis alio, & fragmento alius operis, od ΕΠΙΔΗΜΙΑΙ inſcribitur. Athenaeus XIII. Ιων δ' ὁ ποιὰ τὰ τῆς ἐπιχαφορδήσεως Ἐπιδημίαις χαίρει ὕπως· Σοφοκλεῖ τῷ ραγῇ τὸ Χίῳ συνιώτῃ, ὅτι ἦλθεν εἰς Λέσβον γραπτὴς & quae quuntur. Quanquam enim magnam partem perturbata ibi nt verba, & in communem ſermonem immutata: non obſcu- tamen reſtant veſtigia Ioniſmi: ut καίρει δοκίον, ἀφαιρέοντα, ντίῳ, ἔφησε, ῥηθήσε-, ξυνιόντι τῷ ἐπιβιβάσοντι. Il. Ca- ubonus ad locum; Ενωπίδας, ait, *ſi ita ſcripſit auctor, novet u- rpavit pro* δυσωπίδας. Nempe, quod mireris, exiſtimavit ver- Athenaei eſſe, non Ionis. Atqui ἐνωπίδας vox nihili eſt: ἐνω- δη vero Ionica, & à νωπίδας formata. Heſychius: Ενώπτευ, ενίσω). Antiquum obtinuit, cum depravatum illud protulit aliorum fide, nihil ipſe ſuſpicans vel ſollicitus. Lege vero tegre νενώπη), loco mutili iſtius. Idem alibi: Νενώπη), πεζα- νίσω), κωπαπίπληκ). Lege hic quoque νενώπη). Patriarcha hotius in Lexico MS. Νενώπη), κωζαπίπληκ) κὴ κωπεύγναχεν. Rectiſſime quidem Photius, ut ex hoc Ionis loco perſpicuum eſt. Quid ego de Athenaei interprete dicam, qui Επιδημίας *Peregrinationes* interpretatur: perinde ac ſi Αποδημίαι inſcribe- entur? Verum alibi quoque ἐπιδημιῶν meminit Athenaeus, ut . III. τὸ ὃ χημῶν μνημονεύῃ Ιων ὁ Χίο- ἐν Επιδημίαις. Intel- ige *De adventibus clarorum virorum in Chium*, ſive *De iis qui in Chio inſula commorati ſunt*. Similiter ac Polemo librum edidit, De Eratoſthenis adventu ad Athenas. Enarrator Comici ad Aves: Πολέμων δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ τῶ Αθλώσεων Ερατοσθένους ἐπιδη- μίας. Ex Epidemiis petita videntur vel Υπομνήμασι, quae laudat Plutarchus in vita Periclis; & Cimonis etiam non longe à prin- cipio: Ην δὲ κὴ τὸ ἰδέαν ὑ μεμπτὸς, ὥς φησιν Ιων ὁ ποιητὴς, ἀλ- λὰ μέγας, ὑλῇ δ' πολλῇ τε ξύχι κημῶν τὸ κεφαλό. Quae ſine dubio eſt oratio pedeſtris, & magis Plutarchi verba, ut ſuſpicor, quam Ionis. Magnus tamen Grotius ad Iambos Tragicos re- digere conatus eſt:

Τὴν γὰ ἰδέαν ὑ μεμπτὸς, ἀλλ' ἔτω μέγας,
Οὐλῇ τε πολλῇ τε τείχι τὴν κεφαλὴν κομῶν.

Haeccine autem oratio, tam leves numeri Tragicum quid ſpi- rant, & cothurno dignum? Haud vidi magis. Quid illud ibi- dem, bene multis interjectis? Ο δ' Ιων ἀπομνημονεύ δ τ λόγον, ὃ μάλιστα τὰς Αθωνάσεις ἐαίνησε (Κίμωνα) παρακαλῶν μήτε τὸ Ελλάδα χαλό, μήτε τὸ πόλιν ὑπερόγκα περιϊδεῖν γαθυμθμίᾳ. Grotius perinde haec accepit, tanquam ſi ex Tragoediae choro deſumpta fuiſſent:

Μήτε ἡ Ἑλλάδα χώλην,
Μήτε τὴ πόλιν ἑτεροζυγα
Περιίδῃν γεγενημένην.

Nos pusilli homunculi vix possumus carere venia, cum etiam maximi Heroes labuntur identidem & hallucinantur turpissime. Scripsit Ion & *Philosophica*, ut ΚΟΣΜΟΛΟΓΙΚΟΝ Schol. Aristoph. &, si Suidae credimus, De meteoris, & *compositas* sive ornatas orationes: οὕτω, ait, ἔγραψε περὶ Μετεώρων καὶ Συνθέτους λόγους. Quo nihil ineptius vel falsius dici potuit. Imo neque magis contumelioſe, siquis ἐπιεικέως & perverse interpretari velit de sermonibus ad fraudem & fallaciam compositis, secundum illud Aeschyli in Prometheo.

——Μηδέ μ' οἰκτίσας
Ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσι, νόσημα γὰρ
Αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

Error autem ortus est ex perperam intellecto loco Scholiastae Aristoph. ad Pacem. Poetae scilicet Dithyrambici verborum amant tralationes ἀπὸ τῶν μετεώρων, ex astris, nubibus, aliisque quae in sublimi fiunt; libenter etiam vocabulis sesquipedalibus & coagmentatis utuntur. Demetrius περὶ Ἑρμηνείας. Ληπτέον δὲ καὶ σύνθεσιν ἀνόμοιον ὑπὸ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα, οἷον Θεοπράστους πλόνας, ἀδὲ Ἄστρων δερόπυργον στρατὸν, ἀλλ' εἰκότα τοῖς ὑπὸ τῶν ἀληθείας συγκειμένοις. Et Horatii illud: Seu per audaces *nova* dithyrambos Verba devolvit. Ipse Suidas alibi: Διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ τῶν μετεώρων ἢ τῶν νεφελῶν λέξεις πολλὰς, καὶ συνθέτους δὲ λέξεις ἐποίουν ἢ ἔλεγον ὑπολαμπροφαεσφενηχέτης· οἷον ἦν Ἰων ὁ Χῖος ποιητής. Omnino vide Aristophanem in Pace, ejusque enarratorem. Itaque jam manifesto compertum & deprehensum est Suidae mendacium. ΤΡΙΑΓΜΟΝ. Locus est illustris apud Harpocrationem; quem ex usu fuerit integrum describere. Ἰων. Ἰσοκράτης δὲ τῶν περὶ τῆς Ἀντιδόσεως. Ἴωνος δὲ τὰ Τραγῳδίας ποιητῶν μνημονεύουσιν οὐ γὰρ ὁ ῥήτωρ (atqui nec in ea oratione nec in reliquis quae nunc extant, est ulla mentio Ionis quod sciam) ὃς ἦν Χῖος μὲν γένος, υἱὸς δὲ Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξένου. ἔγραψε δὲ ἐν μέλη πολλὰ καὶ τραγῳδίας, ἐν φιλόσοφόν τι σύγγραμμα τὰ Τελαμῶνα ἐπιγραφόμενον, ὥσπερ Καλλίμαχος ἀπολέλεκται φησίν, ὡς Ἐπιγένης. Ἐν οἷς δὲ πληθυντικῶς ἐπιγράφει Τελαμῶνι, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ἀναγράφουσι δὲ αὐτὰ παίδα. Ἀρχὴ δὲ μοι δοκεῖ λόγου παίδια τρία, ἐν πλέον τοῦδε, πλέον ἐλάσσων τούτων τελῶν ἑνὸς, ἑκάστου ὁριστὴ τελὰς, σύνεσις ἐν κρότος ἐν τύχη. Male ista percepit Interpres; qui ita vertit: *velut ex eo Dem. Sc. & Ap. N. ista commemorant.*

Ego

ge vero ſic interpungendum eſſe cenſeo: πάνυ Δ. ὁ Σ. καὶ Α. ἐν τοῖς Ἀναγράφων δὲ, nimirum aut Eratoſthenes in *Deſcript. antiquis temporum*, aut potius Callimachus in *Tabulis omnis generis librorum*. Nam ἀναγράφων eſt in tabulas recenſere & inſcribere, in catalogum referre. Ipſe Harpocration alibi: Εὔηνος, ὁ ἀναγράφων Εὐήνους Πλάτωνι ποιητὰς, ὁμωνύμους ἀλλήλοις· ἔστιν Ἐφεσιογένης ὁ τὰ περὶ Χορηγραφιῶν. Athenaeus xv. ἐν τῷ λόγῳ τούτου ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν Ῥητορικῶν ἀναγραφῇ, *in Catalogo librorum Rhetoricorum*. Hunc autem ordinem in Tabulis iſtis tenebat Callimachus, ut cujuſque libri prima verba deſcriberet; ſicut hic fit apud Harpocrationem. Horum tantummodo exemplum afferam, quia pridem haec ab eruditis ſunt occupata. Athen. lib. VI. Τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ συγγράμματος ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν παιπαλῶν συγγράμματος πίνακι. γράφων οὕτως· Δεῖπνα ὅσοι ἔγραψαν. Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι. εἶτ' ἐξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν· Ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας. Στίχων τοσ· Καὶ ὁ Κυρηβίων ὃν ὅτι παράσιτος, ὡσεί τις. Ita locus iſte corrigendus eſt. Chaerephon paraſitus ad ὁμόσιτον ſuum Cyrebionem epiſtolam miſit, in qua deſcribit coenam quandam ſine dubio opipare apparatam. Χαιρεφῶν Κυρηβίωνι· Ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας &c. Quod ſi vulgatam lectionem ſervare velis; Χαιρεφῶν, Κυρηβίων· jam non Chaerephonis verba forent, quae Athenaei ſententia eſt; ſed Cyrebionis. Illud autem Exordium Τελαγμοῦ nondum à viris doctis emendatum eſſe demiror; qui, etſi diſſimulant & muſſant, juxta id intelligunt, ac ſi in Ovidii Getica incidiſſent. Me auctore ſic lege: Ἀρχὴ δέ μοι ἔστω λόγου πάντα τέλα, καὶ ὅτι πλέον ὅτι ἔλασσον πάντων τελῶν Ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴ, τελᾶς σύνεσις, κράτος, καὶ τύχη. Ubi ſingula quidem verba ſunt communia: qui tamen ex ipſo Charactere & forma dicendi non ſentit Joniſmum, nihil ſentit. De *Epigene* vero, quo me vertam neſcio, ita res & hinc & inde magnam habet difficultatem. Nam ecce tibi Suidas; qui non Epigenem, ſed Orpheum auctorem faciat Τελαγμῶν. Ὀρφεὺς, inquit, ἔγραψε Τελαγμούς, λίγιστα ὢν εἶναι ἰωνικὸς καὶ τερπνικός. Cumque Epigenem video enarrationem Orphei feciſſe, Clementi memoratam Στρωμ. I. Ἐπιγένης ὁ τοῖς περὶ τὰ εἰς Ὀρφέα ποιήσεως ἱστορικὸς εἶναι λέγεται καὶ Πυθαγορείου τοῦ εἰς Λέσβον καταβάντος καὶ τὰ ἱερὰ λόγια. (Proclus tamen in Timaeum lib. 5. ipſum Pythagoram hujus auctorem laudat. Α δὲ, ait, Ὀρφεὺς δ' ἀπορρήτων λόγων μυστικῶν παραδίδωκε, τοῦτα Πυθαγόραν ἐξεμάθην, ὀργαθείς ὁ Λευκάθεως τοῖς Θρηικίοις Ἀγλαοφάμου πλεῖστα μυησάμενος, ἦν δὲ θεῶν Ὀρφεὺς σοφίαν παρὰ Καλλιόπας τᾶς μητρὸς ἐπινόαθεν. Τούτα γὰρ φησιν ὁ Πυθαγόρας τὰ περὶ τοὺς ἱερὸς λόγους. Unde conſtat Ἱερὰ, ut alia ſcripta Pythagorica, dialecto Dorica fuiſſe compoſitum) & V. Ἐπιγένης τὰ περὶ τὰ Ὀρφέως ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα

παρ

παρ' Ορφεῖ ἐπαοιδός φησι, Κιρκίσι καμπυλόχρωτι, τῆς ἀφῆς μολούσας &c. Cum haec, inquam, lego, propemodum adducor in eam opinionem; ut Harpocration hoc exemplo ſcripſerit: ὅπερ Καλλίμαχος ἀπλήκτως φησιν, ὡς ἡ Ἐπιγένης. E diverſo ubi illud venit in mentem, Orphei ipſius & Pythagorae quoque mentionem factam eſſe in illis Τελεταῖς, continuo ſententiam eam abjicio, & manifeſti erroris Suidam arguo. Clemens Στρ. 1. Ἰων δὲ ὁ Χῖος ἐν τελεταῖς ἐν Πυθαγόραν εἰς Ορφέα ἀναγκαῖόν τινα ἱστορεῖ. & Diogenes Laert. Ἰων δέ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τελεταῖς φησιν αὐτὸν (τὸν Πυθαγόραν) ἅπαντα ἀναγράψαι εἰς Ορφέα. Itaque conſtat Suidam alterutrius verba perperam cepiſſe: & praeſtabilius eſt receptam Harpocrationis lectionem ſartam & tectam tueri. Nempe ut ſuſpicor libri Epigenis cum Ionis ſcriptis conjuncti ferebantur: Is enim commentarium fecerat in Ionis Tragoedias; quod ſcias ex Athenaeo lib. XI. cap. v. ut nihil miri ſit, ſi librariorum qui omnia perturbant & miſcent, alii tanquam Ionis Τελεταῖς inſcripſerint, alii ut Epigenis.

Pag. 174. Καὶ μὴν Μίνωα Αὐλίας τραγικὰς χορὰς δεκαπέντε συνεχάψατο. Permirum tortaſſe videatur, Milli doctiſſime, tenebrionem illum Auleam pro Aeſchylo a Joanne dici. Quid autem admirationis habet, cum in memoria quis teneat tot alias hallucinationes hominis? Etiam p. 74. citatur Αὐλίας ὁ σοφώτατος de Endymione, quem in monte Cariae Luna conſopivit, ut eum dormientem oſcularetur. Suſpicor & hic quoque ſignificari Aeſchylum, qui in fabula *Caribus* ſive *Europa* non potuit non eam hiſtoriam attingere. Illud autem quam longe abeſt à vero, quod Aeſchylum narrat primum inſtituiſſe choros tragicos? E diverſo partes chori, antea quam Aeſchylus tragoedias faceret, erant altero tanto longiores, quam poſt. Sed ea res niſi pluribus verbis explicari non poteſt: tota fere ſcenae ratio & hiſtoria eſt illuſtranda: complures auctorum loci qua corrigendi, qua novo modo interpretandi: multi errores amovendi jam ipſa vetuſtate cani & venerabiles. Nemo enim unus ex cohorte Eruditorum, qui in eo argumento tantopere laborarunt, ſcire adhuc potuit, quid Theſpis, quid Aeſchylus & Sophocles inventis addiderunt. Itaque tam odioſa diſceptatione patienter carere poſſis in praeſentia: imo vereor ut citra faſtidium epiſtolam perlegas etiam abſque iſta concertatione nimium loquacem. Me quidem & morae pertaeſum eſt & ineptiarum.

P. 214. Στησίχορος καὶ Βακχυλίδης, οἳ ἦσαν ὀρχήστας εἰρηται καὶ ποιηταί. Quid narras? nimirum noſtra nos opinio fefellit, qui credidimus te Antiochiae eſſe natum. Siquidem auctor eſt Lucianus Antiochenſes de ſaltatoribus optime omnium judicare

care potuiſſe: te autem cum aliarum omnium, tum hujus artis imperitiſſimum videmus. Rogo te, homo hominum ignaviſſime, nunquamne Sacras Scripturas lectitaſti? nonne ibi frequens Saltationis mentio diu diuque, antequam Steſichorus naſceretur? quid? ne Homerum quidem per tranſennam aſpexiſti? jam ergo eum audias licet:

Ορχηϛὺς, μολπήτε, τά περ τ' ἀναθήματα δαιτός.
Αλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
Αλλῳ δ' ὀρχηϛυὶν, ἑτέρῳ κίθαριν ϗ ἀοιδήν.

Scio tamen, quid in fraudem te impulit; nempe nomen Steſichori, tanquam ſi primus ἐφήυρετο χορεύς· & poemata quaedam Bacchylidis, quae Υπορχήμασι inſcripta ſunt, & à Stobaeo citantur, & Athenaeo lib. XIV. Η δ' ὑπορχηματικὴ ἐστιν, οὐ μὴν ἁπλῶς ὁ χορὸς ὀρχεῖται· φησὶ γοῦν ὁ Βακχυλίδης· Οὐχ ἵδρυσε ἵρηϛν ἐν' ἀμβολᾶς. Locus aliquanto integrior eſt apud Dionyſium Halicarnaſſenſem. Οὐχ ἵδρυσε ἵρηϛν, ἐν' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ χρυσαίμῳ. Ιπποίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἀεθλήν τι δίξαι. Omnes Cretici praeter unum pedem qui in Paeonem ſolutus eſt; adeo ut, cum hunc locum lego, coram oculis videre videar ὑπορχημοίνυς & ſubſultantes. Nec tamen princeps & inventor hyporchematum Bacchylides; ſed, ut quibuſdam videtur, Pindarus; ut alii volunt, Xenodamus. Vide Clementem, Athenaeum, & Plutarchum περὶ Μουσικῆς.

P. 133. Γλαῦκε, ἰχυρὸς, φρήνιμος, εὐσεβής. Atqui, O Malela, tantum abeſt, ut *ſapiens* fuerit iſte Glaucus, ut ejus nomen in proverbii conſuetudinem venerit, de homine qualis tu es, qui neſcit quid ſit in rem ſuam; qui permutat

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι ἐννεαβοίων.

Sed eſt potius ut librarii hoc eſſe facinus exiſtimem, (praeſertim ſi non idem iſtud ἰχυρὸς iteraſſes) & orationem eſſe continuandam ad hoc exemplum: Αἰνείας εὐπαίων, γλαυκὸς (caeſius) φρήμων, εὐσεβής. Agnoſco *pium* Aeneam; & ita plane Iſaacius Porphyrogenitus.

Illud p. 329. Καὶ κατλιάχθη ὁ Σίμων ἐπὶ τὸν πλατείαν καὶ ἐψόφησε, ſatis quidem congruenter ad helleniſmum vertit interpres. ſed non appoſite ad ſententiam. Quid ſi interpretemur τὸ ἐψόφησε, ut, quod in N. T. de Juda Iſcariota dictum eſt, ἐλάκησε μέσος, *increpuit medius?* Heſychius: Ελακεν, ἐψόφησεν· & Λακεῖν, ψοφῆσαι· Pagina autem 16. ſane dormitavit interpres, ut in opere longo & ingrato facile queat ſomnus obrepere. Αχαΐα, Πελήνη, ἡ καλουμένη Πελοπόννησος· *Achaea, Pelena,*

quae

quae & Pelaponnesus dicta est. Obsecro, quis istud vel simile audivit? Scribe Ἀχαΐα. Πελλήνη· & vente. Achaea, Pellene, quae Peloponnesus vocantur. Πελλήνη est Achaeae urbs. Vide Geographos. Apollonius Argon. 1.

Ἀφέξιος ἧ ἡ Ἀμφίων Ὑπερασίη υἷες,
Πελλήνης ἀφίκανον Ἀχαιίδος.

Vereor ne putidum sit adnotare, Βάτλιος, Βάτλιος & Βάτλιος vitiose dici apud Malelam pro Βρίτλιος sive Βριτλιος. Hoc quidem exploratum est, cum eandem plane narrationem ex Brutio afferant Georgius & Hieronymus. Ita p. 200. Θάλης ὁ Κύπαρ ὁ Πολύβιος depravate pro Θάλλος. Similiter enim Castorem, Thallum & Polybium de rebus Assyriacis una citat Syncellus. Et adhuc p. 221. Callimachus ἐν Ἐπισίοις, pro Αἰτίοις. Neque enim Αἴτια inscribuntur, nequis erret, sed Αἰτια ut in Epigrammate lib. 1. Anthol. cap. LXVII.

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νῆς,
Αἶπος ὁ γεάψας Αἶπα Καλλιμάχυ.

Appello ad elegantiorum hominum judicia, annon melior aliquanto sit lectio ex conjectura nostra:

Αἶπος, ὁ γεάψας Αἶπα, Καλλίμαχος.

Caeterum homo Malelae germanissimus Fulgentius Planciades, *Fentaculum*, inquit, *gustatio dicitur. Callimachus Intesia: Fentaculum proferre Jovi.* Diceres hunc à Joanne Ετήσια illa mutua petiisse. Illud vero incredibile videatur, Cyrenaeum illum Latine loqui & quidem versu: nam sic lego. *Fentaclum proferre Jovi* —— Sed minuit admirationem, quod Fulgentius & Mnaseae Εὐρωπιακὰ & Demosthenis Philosophica viderit Latino sermone conscripta. Sicut Ovidianae Ibidis vetus Enarrator putidissimos versus eosque Latinos Eupolidi & (jocularem hominis confidentiam!) Democrito affingit.

Illud praeterea pag. 52. Κωμὼς Δείμαρχος ὁ τραγῳδὸς συγγράψατο ὡλὶ τῦ αὐτοῦ Διονύσυ, corrupte exhibetur loco Δείμαρχος. Nam Georgius eandem historiam memorans. Δείναρχος, ait, ὁ ποιητὴς, ὐχ ὁ ῥήτωρ. & Hieronymus: *Dinarchus poeta, non Rhetor.* De quo in diversas sententias ierunt viri docti. Verba Demetrii Magnetis in opere Περὶ τῶ Ομωνύμων apud Dionysium Halic. Δεινάρχοις ἢ εὐστύχηται τέτμηται, ὧν ἐστι ὁ μὲ ἀπὸ τῶ ῥητόρων τῶ Ατθικῶν· ὁ ἢ πὰς περὶ Κρήτην συναγάγοχε μυθολογίας· ὁ ἢ ἀρχαιότερος μὲ ἀμφοῖν τύτων, Δήλιος ἢ τὸ γένος, πεποιημπορφύρος τῶτο μὲ ἐπῶν, τῦτο ἢ πεζῶν γέγραφε· πέπαρθος ἢ ὁ περὶ Ομήρ λέγω

λήν συντηρικάς. Et Gerardus quidem Voſſius in praeclaro opere de Hiſtoricis, *Dinarchus*, ait, *Delius Cretenſes fabulas collegit, ut cognoſcimus ex Dionyſio Hal. Videtur idem ſignari ab Euſebio, ubi de Bacchi geſtis loquens, ait,* Ως φησι Δείναρχος ὁ ποιητὴς οὐχ ὁ ῥήτωρ. Condonamus quidem ei ἀμαρτήματα μνημονικά· neque enim Delius fuit Cretenſium Fabularum collector, ſed ſecundus iſte neſcio quis; quem vix eſt ut exiſtimem eas verſibus edidiſſe, ſaltem hoc non exploratum eſt. Scaliger in Graeca Euſebii p. 31. *Viderint*, ait, *eruditi, an tertius Dinarchorum* Δήλιος τὸ γένος, πεπρωσμιστὰ δὲ ἐποίησε, τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ σύγγραμμα, *ſit iſte poeta, quem innuit Euſebius. Nam ſane mihi ignotus eſt.* Hactenus quidem accedo, ut aut iſte ſit poeta, de quo Euſebius, aut nullus ex quatuor. Sed amabo, quid ſibi vult illud πρῶγμα? nam, quantum ego video, nulla ei ſubeſt ſententia neque ſcientia. Latine ſic vertas: *Dinarchus genere Delius, qui aliquid dixit, & aliquid fecit:* ſive, *qui aliquid verſu dixit, aliquid re ipſa.* Profecto non multum in Demetrio perdidimus, ſi omnia ſic dixit. Sed opinor neminem inficias iturum, quin mutatione commoda & illi ſuus honos, & orationi ſua ſententia reſtitui poſſit, ſi legamus: πεπρωσμιστὰ δὲ ἐποίησε τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ γράμμα, id eſt, *qui quaedam Heroico carmine conſcripſit, alia oratione proſa:* vel, (quia τὸ γράμμα quodvis ſcripti genus nonnunquam ſignificat,) τοῦτο δὲ δράμα. *qui & poemata Heroica & dramata edidit.*

Domninus iſte χρηματιστὴς non aliunde quam à Malela cognoſci poteſt, à quo ſaepiſſime ad partes vocatur. Antiochenſem fuiſſe certiſſimis ſignis deprehendes, ubi per otium licebit locos iſtos conſulere: probabiliter etiam dixeris, deduxiſſe eum hiſtoriam ab exordio mundi uſque ad Juſtiniani tempora. Itaque inclinat animus, ut hunc fuiſſe Domninum illum exiſtimem, qui ea tempeſtate fuit Eccleſiae Antiochenſis Epiſcopus. Nam ſane ſicut hic à Joanne p. 265. Domnus vocatur: ita iſtum Patriarcham hi Domnum, illi Domninum appellant. Accedit huc, quod plerique omnes, qui aggreſſi ſunt tempora deſcribere, fuerunt Epiſcopi; Victor, Proſper, Theophilus, Euſebius, & Georgius Epiſcopus deſignatus.

Equidem neſcio, utra res majorem admirationem attulerit, tot nomina hominum propria à Joanne corrupta eſſe, an ea menda à doctiſſimo interprete diſſimulata fuiſſe & ſilentio praetermiſſa: verbi gratia p. 101. & 171. Τυνδάρεος pro Τυνδάρεως. Ἀνδρόγεως 107 pro Ἀνδρόγεως. Πλησιώνης 121. pro Πλειόνης; atque ea quidem non mater erat Atlantis, verum uxor. Ἰοβάτης 103 pro Ἰοβάτης. Μηδείαν τὴν Ἐ Αἰετοῦ 97 pro Μηδείαν τὴν Ἐ Αἰήτου. Πιλωψ & Πιλωπος 99 & 104 pro Πίλοψ & Πίλοπος. Ἀμφίονα 55 pro Ἀμφίονα. Αἰνειάδης pro Αἰνειάδαι:

Ιωκάϛη 59 pro Ιοκάϛη. Επωκλέης 63 pro Επωκλέης. Αμφίρ☉ 63 pro Αμφάρα☉. Δευκαλίων ὁ υἱὸς Ελλη☉ & Πύρρ, 84 pro Ελλη☉. Nec tamen Deucalionis pater erat Hellen, ſed filius. Αντφάντλω. 145 pro Αντφάτλω. Τηλέφυ Regis Latinorum 205 pro Τηλεμάχυ, quorum hic Ulyſſis & Penelopes filius, ille Herculis & Auges. Duorum verborum ſimilitudine tota hiſtoriae ratio eſt perturbata. Sed propemodum omni fide majora ſunt errata p. 135. ubi Graecorum duces recenſet, qui contra Trojanos arma ceperunt. Nam ut de numero navium, etſi ea ratio longe vitioſiſſima eſt, nihil dicam; ecce tibi Μενέλαος καὶ Λήϊτος, pro Πηνέλεως καὶ Λήϊτος. Homerus:

Βοιωτῶν μὲ Πηνέλεως, καὶ Λήϊτος ἦρχον,
Αρκεσίλαός τε, Προθοήνωρ τε Κλόνιός τε.

Μέγης ἐκ Δολίχης τ᾽ Ελλάδος ex *Doliche Helladica* pro ἐκ Δυλιχίυ ἐξεναυτίας τ᾽ Ηλιάδος.

Οἱ δ᾽ ἐκ Δυλιχίοιο, Εχινάων θ᾽ ἱεράων
Νήσων, αἳ ναίυσι πέρην ἁλὸς Ηλιάδος ἄντα,
Τῶν αὖθ᾽ ἡγεμόνευε Μέγης ἀτάλαντος Αρηϊ.

Αγήνωρ καὶ Τευθίδης. Euge vero, Malela, qui de oppidi nomine Heroem confinxiſti. Siquidem in Homero legimus Αγαπήνωρ ἐκ Τεγέης.

Οἵ τ᾽ ἔχον Αρκαδίην καὶ Κυλλήνης ὄρος αἰπυ,
Καὶ Τεγέην εἶχον καὶ Μαντινέην ἐριβωλον,
Τῶν ἦρχ᾽ Αϛαλίοιο παὶς κρείων Αγαπήνωρ.

Ex Tegea eum profectum eſſe Epitaphium ſatis indicat:

Αρχὸς ὅδ᾽ ἐκ Τεγέης Αγαπήνωρ Αϛαλίυ υἱὸς
Κεῖθ᾽ ὑπ᾽ ἐμῦ, Ταφίων πελτοφόρων βασιλεύς.

Περθ☉ καὶ Μαγνίτωρ. Enimvero apud Malelam facilius Heroes naſcuntur, quam fungi poſt pluviam. O fortunatam Antiochiam tanto alumno! Ineptus adeo Homerus, qui pro iſto Magnitore gregarios quoſdam milites viliſſima capita è Magneſia duxit:

Μαγνήτων δ᾽ ἦρχε Πρόθο☉ Τενθρηδόνος υἱός.
Εὔμηνος σὺν νηυσὶν ια pro Εὔμηλος.
Τῶν ἦρχ᾽ Αδμήτοιο Φίλος παῖς ἕνδεκα νηῶν
Ευμηλ☉.

Νηρεὺς

Νηλεὺς ἐκ Μυκήνης, pro Νιρεὺς ἐκ Σύμης.

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας

Χαλία; ὡς Τρίκκης σὺν νηυσὶ μ. Ecce tibi jam tertius Heros Chalias, qui à corrupto vocabulo Οἰχαλίας prodiit, non aliter ac vermes in putrescenti cadavere nascuntur.

Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην τε Ἰθώμην τε κλωμακόεσσαν,
Οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,

eos ducebant Podalirius & Machaon. Ἀσσητὸς καὶ Πολυκτήτης, scribe Πολυποίτης. Ἀμφιγενείας ἐξ Ἰλίου σὺν νηυσὶν μ. Profecto si Troicis temporibus Malelas vixisset, non decem annos totos Graeci consumpsissent in unius urbis obsidione: tot iis terrae filios misisset auxilio. Ἀμφιγενείας & Πτελέου oppidorum meminit Homerus:

Οἵ τε Πύλον τ' ἐμέμονλο καὶ Ἀρήνην ἐρατεινὴν,
Καὶ Κυπαρισσήεντα καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον,
Καὶ Πτελεὸν καὶ Ἕλος καὶ Δώριον.

Ἀχιλλεὺς ὡς δ' Ἄργους ἡ Ἑλλάδος, *ex Argis Helladis.* Et Argos & Hellas Thessaliae sunt urbes, ut pueri sciunt: sed hic locus fatalis est ad Malelae hallucinationes.

Νῦν δ' αὐτὺς (leg. αὖ τὺς) ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔναιον,
Οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Τῶν αὖ πενήκοντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεύς.

Φιλοκτήτης ὡς Μοδώνης, vitiose pro Μαλώνης. & Σώρδης, Φίλιππος, Ἀμφος σὺν νηυσὶν οη. Quis autem porro mirabitur è cerebello Jovis Minervam esse natam; cum Antiochensis hic ex insulso suo capite progeneret absque ope Vulcani

Ductores Danaûm delectos, prima virorum?

Sorthem heroem nominat pro insula *Carpatho*, ut & Philippum pro Phidippo.

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε
Τῶν δ' αὖ Φήδιππός τε καὶ Ἀντιφος ἡγησάσθην.

Notum est jam à multis saeculis morem invaluisse apud Graecos, ut eodem sono efferrentur αι & ε, οι & υ. Tam captiosa pronunciatio mendis infinitis libros opplevit: ut Mal. p. 47 & 49. τῇ υἱῷ τ' Αἰχίου τῇ Πινδῇ, pro Ἐχίου. & è diverso 49

Ex 55. ὄρος Κιμμερώτιον pro Κιμμερώτειον & 106. Αντίων pro Ανταίου. & alia non pauca extant ex eo genere. ſic 212 & 171. Τῦ Ζαγρεὺς υἱοῦ & Ναυπλίυ. pro Οιακος. & Σχοινίως 169. pro Σχοινέως. In codicibus manu notatis promiſcuus fere eſt vocalium horum uſus. Hoc diligenter animadverſo, deploratiſſimos locos emendabit nullo negotio, qui ingenium & judicium in numerato habuerit. Plutarchus de Iſide & Oſiride: Εμπεδοκλῆς ὁ τὸν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὸν φιλότητα καὶ φιλίαν, πολλάκις ὁ ἁρμονίαν καλεῖ μέρροπι τὴν ὁ χείρονα, νεῖκος ἐλόμβον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν. Fruſtra hic Plutarchus per annos ducentos criticorum auxilium imploravit. Tu verte αι in η. & lege Αρμονίαν καλεῖ ἡμερῶπιν. Poſſum excitare ipſum Empedoclem teſtem hujus correctionis, apud Plutarchum περὶ Εὐθυμίας.

Ενθ' ἦσαν Χθονίη τε, καὶ Ηλιόπη ταναῶπις,
Δῆρις θ' αἱματόεσσα, καὶ Αρμονίη ἱμερῶπις,
Καλλιστώ τ', Αἰχρήτε, Θόωσά τε Δειναίη τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα, μελάγκαρπός τ' Ασάφεια.

Ubi libenter legerim Δώωσή τε, ut contraria inter ſe comparentur. Scio nunc quid in animo tute tecum volutes: ſed illud tibi confirmare poſſum ſyllabam primam verbi ἱμερῶπις eſſe productam atque longam. Primus id repoſuit Henricus Stephanus ex conjectura quantum ego ex re ipſa conjecturam facio. Veteres editiones repraeſentant καὶ ἁρμονίη μ' ἱμερῶπις. Itaque hic quoque legendum eſt ἁρμονίη ἡμερῶπις. Heſych. Θεμερῶπις, ἐρασμία, αἰσχύνη. Lege ἐρασμία ἁρμονίη, auctoritate Empedoclis: niſi ſi mavis ἐρασμία αἰσχύνη ex Aeſchyli Prometheo: Εκ δ' ἔπληξέ μιν τὴν ἡμερῶπιν αἰδῶ. Αἰδὼς eſt αἰσχύνη. Perperam huic lectioni Scholiaſtes, & Etymologici auctor ἡμερῶπιν vocem nihili anteponunt, tanquam ἡρμαίνουσαν τὴν ὄψιν. Atqui eo pacto ἡρμῶπις eſſet dicendum: neque enim vel fando auditum eſt ἥρμερος. Pollux tamen lib. 6. c. 40. Τὸ ὁ ἡρμερύσας καὶ κιχλιδίας κωμικά. MSi χλιδίας vel κυχλοιδίας. lege ἡμερύσας ἐ χλιδᾶς. vel χλοιδᾶς. vel κυλοιδίας. Heſychius: Θέμερον, στρηνὸν, ἀφ' ᾧ ἐ τὸ στρηνύσας, ἡμερύσας. Θεμίρη, βεβαία, στρηνὴ, ὑγιαθής. Θεμερόφρονας, συνετὰς, σώφρονας. Sed ut planiſſime conſtet; opus eſt ut ſtrophen & antiſtrophen inter ſe conferamus: in quibus hi verſus reſpondent ex adverſo.

Εκ δ' ἔπληξέ μιν τὰν ἡμερῶπιν αἰδῶ.
Νεοχμοῖς ὁ νόμοις Ζεὺς ἀθέσμως κρατύνῃ.

Ubi pro ἀθέσμως ex neceſſitate metri conjeci legendum eſſe ἀθεσπῶς.

ἀληθῶς. Quam conjecturam firmavit Heſychius. ἀθετῶ, ἀθέσμους, ἢ συγκαταψηφίζομαι. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ. lege. ὑ συγκατάθεσις *ſive conſenſu & approbatione reliquorum deorum.* Reſpexit ad hunc locum: neque enim alibi in ea fabula occurrit. Plane jam imperitus ſit oportet, aut ab invidentia laboret, qui de θεομαχίαν contra veniat. Experiamur, quid in alteram partem poſſit haec obſervatio. Heſychius: Ἐναρ Θ., * ὑπεμφάς, ἀχαιὶς ἀλφισίοια ἀπὸ Ϝ ὑαπὸς ἢ βάκχας ὑάδας ἔλεγον. Prodigioſa plane oratio. Nunc viciſſim ῑ muta in υ, & lege. Ἐναρ Θ· ὑπὸ Μαινάς· Ἀχαιὶς Ἀλφισίοιᾳ· αὐλὶ Ϝ Υάς· πας ἢ Βάκχας Υάδας ἔλεγον. Agnoſcis, opinor, principium ſenarii ex Achaei fabula Alpheſiboea. Similiter οι paſſim loco ῡ Heſych. Κόιμα, γίνεμα. pro Κύημα. & vice verſa Σνχιῦσι, Ἀφυπνῦσι. pro Στιχειῦσι. Idem: Στιχήωσις, Ἀφτύπωσις, ἡ πρώτη μαθησις. Itaque Suidas in Lexico diphthongos αυ & οι alieno loco proxime ante ῑ & ῡ collocavit. Extat in Bibliotheca publica Oxonii liber antiqua manu notatus, continens mille regulas de recta ſcribendi ratione: quarum XL docent quando αυ ſcribere oporteat, & quando ῡ: totidemque ubi οι, & ubi ῡ. Eum codicem, cum ante inter ἀδιαπόρους ferretur, deprehendi ex prooemio verſibus ſenariis ſcripto literis prae vetuſtate pene effugientibus obtutum oculorum, Theognoti eſſe Grammatici, quem laudat aliquoties Etymologici ſcriptor. Et quidem omnia ibi reperi, quae iſte Theognoto accepta retulit. De aetate hominis reſciſces ex praefatione, cujus initium eſt,

Τῷ δεσπότῃ μου, καὶ σοφῷ τεφηφόρῳ
Λέοντι, τῷ κρατοῦντι πάντων ἐν λόγοις,
Θεόγνωστος εὔγνωστός τις ὡς ὢν οἰκέτης.

Conſtitueram hic Epiſtolae finem imponere: ſed intervenit amicus meus, aurium convitio rationem efflagitans, cur Joannes *Malelas* mihi dicatur, qui à Voſſiorum utroque, Uſſerio, aliiſque omnibus qui in hunc uſque diem ejus mentionem fecerunt, *Malela* nominatur. Ego vero inquam, ne in virorum quidem maximorum verba juraverim: ſed in aliam ſententiam, ubi commodum eſt, quanquam invitus, meo jure diſcedo. Roget igitur quiſpiam, cur *Malela* potius ſit vocitandus? hoc ſcilicet ab iis reſponſum feret; Apud Conſtantinum ſic appellari, Ἰωάννης Ϝ ἐπίκλην Μαλέλας. & apud Damaſcenum, Ἰωάννης Ϝ ὁ Μαλάλας· nuſquam alibi commemorari, praeterquam apud Tzetzem Ἰωάννης τις Μελέλης. Atqui, ſi ita res ſe habet, vulgo & paſſim reperias Ϝ Σχίδα, Ϝ Θωμᾶ, Ϝ Αελπία, Ϝ Φιλητᾶ, Ϝ Τελέπτη, Ϝ Σκόπα, Ϝ Κεφαλά· nec tamen propterea vel *Suida* grammaticus dicitur, vel *Thoma* Apoſtolus, vel *Ariſtea de* LXXII. *interpretibus.*

pretiùs. Ratio videlicet linguae graecae vix aut nullo modo patiatur, ut in A literam virilia nomina casu recto terminentur. Atque ea causa est, cur peregrina virorum nomina, quae in A exeunt, à Graecis inflectantur in Ας, Γάλβας, Σύλλας, Νυμᾶς, Σενέκας, Ἀχίλλας. Quod si adeo jam exploratum est nominativum Graecum esse Μιλίλας' nolim ego Latine vertens postremam literam abjicere praeter morem & consuetudinem eorum temporum, quibus maxime viguit honos & gratia Latini Sermonis. Vetustiores quidem, ut auctor est Quintilianus l. 1. c. v. *Non in A. & S. literas exire temere masculina Graeca nomina recto casu patiebantur. Ideoque & apud Coelium legimus,* Pelia Cincinnatus; *& apud Messallam,* Benefecit Euthia; *& apud Ciceronem,* Hermagora: *ne miremur, quod ab antiquorum plerisque* Aenea *&* Anchisa *sit dictus.* Priscianus lib. v. *Apud Graecos in* Ας *desinentia, apud nos in* A *terminantur: ut* Μαρσύας, Σωσίας, Βυρρίας, Χαιρέας, Τυρίας, Βαγρώδας; *Marsya, Sosia, Byrrhia, Chaerea, Turia, Bagrada.* Libro autem vi. pag. 681 & 701. *plerumque* ait & *frequenter* hoc fieri solere. Et his fortassis auctoribus tueri se posse arbitrentur, qui è contraria parte dicunt. Mihi vero longe videtur secus: sed oportet haud jejune de hac causa, & tanquam in transitu, sed plene copioseque disputare. Principio nulla controversia est, quin indigena Latinorum sermo nullum habuerit nominativum in *As* cum Genitivo *ionvλλάδυ.* Quapropter antiquitus, sive Graecus quispiam in Latina civitate viveret, sive Graeca scripta in Latinum converterentur, ejuscemodi nomina per A plerumque scribere & pronunciare placuit. Atque hoc quidem ex ingenio & consuetudine linguae vernaculae ab iis est factitatum. Comici igitur in Graecis interpretandis eam rationem tenuerunt; *Chaerea, Sosia, Byrrhia, Phania, Clinia, Demea, Phaedria,* proferentes. Nimirum auribus vulgi ista dabantur. Nec tamen deerant etiam antiqua illa memoria, (pace Quintiliani dixerim) qui ad Graecorum exemplum instituerent loqui: quantum ex eorum reliquiis conjectura consequi possum. Apud Gellium lib. 3. c. 7. verba sunt Catonis Censoris, qui ea tempestate in Rep. floruit, qua Plautus in scena: *Leonidas Lacedaemonius laudatur:* Plauto tamen in Asinaria servus dicitur *Leonida.* Claudius Quadrigarius apud Gellium l. 3. c. 8. *Ad nos venit Nicias familiaris tuus.* Lucilius apud Donatum;

Ante fores autem & triclinî limina quidam
Perditu' Tiresia tussi grandaevu' gemebat.

Ubi legendum est *Tiresias:* nisi si syllabam natura brevem propter caesuram produci existimas. Priscianus lib. vi. *Hic Calchas Calchantis, quamvis hic Calchas hujus Calchae, antiquissimi*

add. p. 81.

quiſſimi declinabant. Sed in his locis fortaſſe fides Exemplarium ſuſpecta eſſe poſſit: in illo Plinii lib. xxxv. cap. x. nullus datur ſuſpicioni locus. *Decet non ſileri & Ardeatis templi pictorem, praeſertim civitate donatum ibi & carmine, quod eſt in ipſa pictura his verſibus:*

Dignis digna loca picturis condecoravit
Reginae Junoni Supremi conjugi templum
Marcus Ludius Elotas Aetolia oriundus,
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat.

Ea ſunt ſcripta antiquis literis Latinis. Elotas eſt Ἐλωτᾶς, ἐιλωτᾶς. Gruterus Epigramma hoc profert, tanquam à Boiſſardo viſum in hortis Julii III. Pontif. Romani.

DIGNE DOCTILOQUEIS PICTURIS & quae ſequuntur. Sine dubio falſarius aliquis in lapide inſcribendum curaverat, à Plinio id mutuatus. Profecto male operam luſit in verſu primo corrigendo. Editio Veneta anni MCCCCLXXXIII. habet *Dignis digna loco.* Lego igitur.

Dignis dignu' loco picturis condecoravit.

Lucilius:

Samnis ſpurcus homo vita illa dignu' locoque.

Dignus loco eſt ἄξιος· & in bonam vel malam partem capi poteſt. Nihil verius hac emendatione. In eadem eſt editione *Aetolia orundus*, longe quidem melius, quam quod in indice Scaligeri eſt, *Aetola oriundus.* Lucretius lib. 2.

Denique coeleſti ſumus omnes ſemine orundi.

Sive mavis cum vulgatis libris, *oriundi:* certe triſyllabon ſit neceſſe eſt. Sic igitur vetuſtis illis mos erat, ut interdum quidem in AS, frequentius in A Graeca nomina vellent exire. Poſtea vero, ut ait Quintilianus, *recentiores inſtituerunt Graecis nominibus Graecas declinationes potius dare.* Proinde hoc inſtitutum tenuerunt.

Lucretius,

Id quod Anaxagoras ſibi ſumit:

Varro de R. R. antiqui tamen ut qui maxime, amator ſermonis: *Archytas, Hegeſias, Athenagoras, Mnaſeas.* & apud Nonium in Scaturex. *Iſmenias, Thebogenes fluit Scaturex.* lege *Thebagenes*, Θηβαγένης. Et ſimiliter Cicero, apud quem vulgo occurrunt *Archias, Gorgias, Phidias, Cineas, Pruſias, Arceſilas,*

Char-

Charmadas, Critias, Diagoras, Hippias, Lyſias, & ſiqua ſimilia. Nam de *Hermagora* Ciceronis, vereor ne vitioſo codice uſus ſit Quintilianus. Profecto enim omnes omnino, qui nunc ſuperſunt MSS. conſtanter habent *Hermagoras*. Sed melius eſt ex ipſis locis experimentum judicii capere, libro primo De inventione: *Hujus conſtitutionis Hermagoras inventor eſſe exiſtimatur*: & ibidem: *Quod ſi magnam in his Hermagoras habuiſſet facultatem*. Repone hic pauliſper, *Hermagora inventor*, & *Hermagora habuiſſet*; non ſentis vocalium concurſum vaſte hiantem? Ego vero Ciceronem ita ſcripſiſſe ne ipſi quidem Ciceroni affirmanti crediderim. Quid dicam de ſcriptoribus aevi Auguſtaei? quid de inſequentium aetatum? nempe eadem tum conſuetudo invaluit, ut in As caderent Graeca nomina. Spero mihi fidem apud te eſſe; ne neceſſe habeam infinita hic exempla enumerare. Quod tamen cum exceptione dictum velim; ut quanquam eruditi homines eum, quem dixi, morem ſervaverunt, nomina tamen Servorum, aut quicunque, ut principio dixi, in Latina civitate vixere, vulgaris uſus, penes quem jus eſt loquendi, plerumque immutaverit ad Latinam conſuetudinem. Inde eſt apud Ciceronem, *Phania* Appii libertus. Fruſtra enim graeciſſaret dominus; cum ab omnibus conſervis & notis ſine s litera *Phania* is vocabatur. Sed à Plinio memoratur *Phanias phyſicus*: nempe is in Graecia vitam egerat, nullum habuerat Romae dominum aut patronum. Inde illud Horatii, *Credat Judaeus Apella*, id eſt, quivis Judaeus: ut locum explanem parum hac memoria intellectum. Judaei habitabant trans Tiberim, & multo maximam partem erant libertini, ut fatetur Philo in Legatione ad Caium. Apella autem Libertinorum eſt nomen, ſatis frequens in Inſcriptionibus vetuſtis. Cic. Ep. 25. lib. 7. *Ne Apellae quidem liberto tuo dixeris*. Itaque *Credat Judaeus Apella*, quaſi tu dicas, Credat ſuperſtitioſus aliquis Judaeus Tranſtiberinus. Inde illud alterum, *Obeundus Marſya:* quo modo etiam loquuntur Ovidius, Lucanus, Silius. Marſya ſcilicet in Foro collocatus & donatus quaſi civitate Romana non potuit non in ore vulgi quotidie verſari; & praeterea eo nomine fuerunt ſervi Phryges. In veteri marmore, M. HELVIUS M. L. MARSYA. Vulgi autem auctoritatem libenter hic ſecuti ſunt poetae; cum ſecundum Graecam pronunciationem *Marſyas* in hexametro non ſtaret. Sic *Caſſius Chaerea* tribunus plebis, notiſſimus ob Caii Caeſaris caedem: alter apud Plinium ſtatuarius, qui nunquam credo Italiam viderat; & apud Varronem tertius Athenienſis, qui de Re Ruſtica ſcripſit, *Chaereas*. Ita Perſius, (priuſquam Cornutus Stoicus verſum immutaverat metu Neronis) *Auriculas aſini Mida rex habet*; & ad id exemplum Juſtinus: nullam aliam ob cauſam, praeterquam quod id nomen fre-

frequenter manciplis est inditum, praesertim ex Phrygia emptis. Terentius Phormione: *Puer ad me occurrit Mida.* Vetus lapis apud Sponium p. 289. MIDA CUBICULARIUS. Neqeo tamen conjectura augurari, cur qui Nepoti *Perdiccas*, Curtio & Justino & quibusdam aliis *Perdicca* nominetur. Siquidem apud utrumque caetera omnia Graeco more proferuntur, *Amyntas, Bagoas, Philotas, Ophellas, Jollas, Gobryas, Alcetas* frater Perdiccae. Nullos memini Perdiccas inter Italorum servos aut libertos: neque quicquam aliud causae invenire possum. Nam cognomenta Libertinorum (ea ipsis nomina fuerunt, priusquam manu mitterentur) si Graece in As caderent, Latinam terminationem plerumque ceperunt. Non tamen usquequaque increbuisse eam consuetudinem ex antiquis Inscriptionibus animadverti. Nam ecce tibi haec nomina ex Grutero, Reinesio, Sponio. Ἀχίλλας. *M. Cornelius Achillas. L. Pontius Achillas.* ¶ Ἀλεξᾶς, ὑποκορισικὸν ab Ἀλέξανδρος. *Q. Hortensius Q. L. Alexa. Suavettius Alexa.* ¶ Ἀνδρίας. *C. Quinctius Andrea.* ¶ Ἀπελλᾶς (Ἀπελλᾶς apud Athenaeum) ab Ἀπελλόδωρος. *T. Claudius Apella.* ¶ Ἀρποκρᾶς ab Ἁρποκράτης vel Ἁρποκρατίων. *M. Lollius Arpocras. C. Heremius Harpocra.* ¶ Ἀρτεμᾶς ab Ἀρτεμίδωρος. *C. Caecilius Artemas. Caecilius Dexter & Artimas fratres. Ae. Fl. Artema. L. Laberius Artemas.* ¶ Ἀθηναγορᾶς. *Vireius Athenagoras.* ¶ Κλείπας. in N. Test. vel fortasse Κλεόπας à Κλεόπατρος, vel Κλείφιλος. *Tl. Cleophas.* ¶ Κλειτίας vel Κλινίας. *Juli. Clinias. Q. Pomp. Clinias.* ¶ Κτησίας. *M. Aur. Ctesias.* ¶ Sic *Dama* apud Persium, si Graecum est à Δαμᾶς vel Δημᾶς quod est diminutivum à Δημήτριος. *Mettius Damas.* ¶ Ἐπαφρᾶς ab Ἐπαφρόδιτος. *G. Avillius Epaphra. M. Cornelius Epaphra. C. Curtius Epaphra. C. Julius Epaphra. P. Nonius Epaphra. C. Pricilius Epaphra. S. Propertius Epaphra. C. Veiacus C. L. Epaphra.* Et è diverso, *Epaphras postremum praestitit officium.* ¶ Γλαυκίας. *Glaucias Lib.* ¶ Γοργίας. *Gorgias Lib. L. Abuccius Gorgia.* Spon. 288. ¶ Ἥρας ab Ἡρόδωρος. *L. Abuccius Hera. M. Petronius Hera. P. Sulpicius Hera. P. Valerius Hera.* ¶ Ἡρακλᾶς ab Ἡρακλείδωρος Clem. Stromat. v. *L. Aemilius Heracla. C. Annius Heracla. C. Camelius Heracla. L. Clodius Heracla. L. Cornificius Heracla. Q. Cornelius Heracla. L. Creperius Heracla. L. Licinius Heracla. F. Longinus Heracla. C. Stiminius Heracla. Q. Petinius Q. L. Heraclas* ¶ Ἑρμᾶς ab Ἑρμόδωρος. *Herma accommodator. L. Aemilius Hermas. P. Annius Herma. C. Cassius Herma. Cornelius Hernia* (vitiose pro *Herma.*) *M. Junius Hernia.* (lege *Herma*) *Q. Lollius Herma. M. Mag. Herma. Octavius Herma. C. Quinctius Herma. P. Statius Herma P. Turannius Herma. Q. Vibius Herma. M. Ulpius Aug. Lib. Herma.* ¶ Ἑρμαγόρας. *L. Maecius L. F. Hermagoras.* ¶ Ἑρμίας. *Aurelius Hermias Aug. Lib. Ti. Didius Hermias. M. Helvius Hermias. C. Julius Hermia.*

Hermia. Sex. Pompeius Sex. Hermia. Spon. 221. lege *Sex. L. Her.* ¶ Λεοντᾶς fortaſſe ὑπογεγραπὸν à Λεόντ☉. *L. Arcius Leontas. M. Herennius M. L. Leonta.* ¶ Λεωνᾶς. Artemidorus pag. 249. Λεωνᾶς ὁ Σόφος ὁ παλαιστής. *Fabius Leonas. C. Oppius C. L. Leonas.* ¶ Μλωᾶς à Μλωόδωρος. *D. Lallius Mena.* ¶ Μητρᾶς à Μητρόδωρος. *C. Fyrmius Metras.* ¶ Νικλᾶς *M. Annius* Nicia. *Cluvius A. L. Nicia. A. Plautius Nicia.* ¶ Νικήτας. *Aur.* Niceta. ¶ Ονησᾶς ab Ονησίφορ☉. *Q. Virius Oneſas.* ¶ Παπίας. *C. Marcius C. F. Papia. Munatius Papa* (an depravatum loco Papia, an a Πάπας) *M. Plutius M. L. Papia. C. Purellius Papia. L. Valerius Papia.* ¶ Φιλότας. *A. Annius Philotas.* ¶ Φιλᾶς à Φιλόδημος. *M. Hirrius Phila.* ¶ Φιλέας. *L. Magius Phileas.* ¶ Φανίας. *Phania* apud Terentium & Ciceronem: *Fl. Phaneas. M. Tillius M. L. Phanias.* ¶ Θαδδᾶς vel Θευδᾶς à Θεόδωρ☉. *A Faeſonius Thuda. Q. Veionius Teuda.* ¶ Θεωνᾶς. Alexandriae Epiſcopus, *Theonas* apud S. Hieron. *Livius Theona Aug. L.* & *Livius Theona ab Epiſtolis Graec.* ¶ Ζαβδᾶς Hieroſol. Epiſcopus, *Zabdas* S. Hieron. & *Zabdae* in monumento L. Valerii: *Saufeius Sabda.* ¶ Ζηνᾶς à Ζηνόδωρ☉. *L. Calpurnius Zena.* Enimvero jam percontari eos velim, qui ſine S. litera *Malela* pronunciant, quo auctore didicerint Joannem hunc Antiochenſem captivum in Italiam abductum ſervitutem ibi ſerviiſſe; tandem autem, poſtea quam libertatem receperat, ad hiſtoriam ſcribendam ſe contuliſſe? Sin autem; cur obſecro, cum Evandri matre & caſcis illis allium obolentibus, aut cum faece Romuli loqui malunt; quam cum Cicerone, & bonis auctoribus Latinitatis? Mihi quidem non longa deliberatio eſt, utros imitari velim. Sed haec nimium fortaſſe ſtudioſe atque anxie: niſi quod omnino reſpondendum fuit iis, à quibus ſum provocatus. Siquidem Gerardus Voſſius, qui neſcio an ab interprete Damaſceni in errorem ipſe inductus ſit, certe aliis exemplo ſuo & auctoritate viam ad errationem munivit, non certo judicio, ſed inconſiderate praeterque morem videtur egiſſe. Quippe qui nunquam alias abjecerit S: ne tum quidem cum auctores haberet, quos etſi perverſe, ſaltem aliquatenus imitaretur. Apud quem *Chaercas* vocatur Hiſtoricus & *Clinias*, *Marſyas* Macedonicarum rerum ſcriptor & Delphicarum *Apellas:* nec tamen *Chaerea* & *Clinia* in Comoedia, neque Horatii *Marſya* & *Apella* tenaciſſimam ejus memoriam fugere potuerunt.

Tantum quod haec ſcripſeram, Milli jucundiſſime: cum ecce mihi nova res atque improviſa nunciatur, quae de ſententiae me meae ſtatu propemodum dejecit. *Enimvero, quod in ſuperiore cauſa probanda tantopere deſudarem, nihil fuiſſe; meque in ea diſceptatione prorſus ἄσκοπα πεπξδκέναι. Nam apud Conſtantinum & Damaſcenum* Ὁ Μαλέλα *poſſe nomen indeclinabile eſſe; neque*

abhor-

abhorrere ab uſu Graecorum, ut nomina barbara ſine variatione caſuum proferantur, Ὁ Ἀμαρῶν, ὁ Ἀνὲς, τὸ Ἀσκὺμ, ὁ Βλὰχ, ὁ Ἀβραὰμ, *&c. ſexcenta dari maſculina in* A, *ut* ὁ Σισίνιος, ὁ Σαλα, ὁ Θωὰ, ὁ Σίβα *in Vet. Teſt.* ὁ Ζαχαὶ, ὁ Ἀβία *in Novo: Syrorum nationem (Syrum autem eſſe hunc Malelam) amare nomina in* A *literam exeuntia, Maruta, Barſoma, & pleraque omnia: ſic & Arabas quoque Abdalla, Maſhalla, Taphala, & ſiqua ſunt alia: occurrere denique apud Cantacuzenum* Ἰωάννης Πετάλας, *& apud Theophanem* Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμοῦλα, *Joannes cognomento Hemula, ſecundum Victorem Tununenſem.* Ego vero quanquam fortaſſe praeſtabilius eſſet, ut ex amicorum conſilio ſuperſederem labore reſpondendi, libera eſſe judicia finerem: conſtitui tamen devorare eam moleſtiam; & eo quidem animo, nullum ut certamen inſtituam, neque enim temperato calamo res agetur; ſed ut ſemel defungar, nec tacendo committam, ut odioſae mihi de lana caprina lites ſuccreſcant in poſterum. Dico itaque neque eſſe illud, de quo viri docti aſſeverant, neque poſſe. Nam ecce tibi Joannes Tzetzes, qui cum ἰωνικοτέρως πως protulerit Μελίας, certe ſecundum me judicaſſe videatur. Crebro enim eae ſyllabae permutantur inter ſe, Λεωνίδας Λεωνίδης, Ἑρμᾶς Ἑρμῆς, Ἀπελλᾶς Ἀπελλῆς, Μελέλας Μελέλης. Eodem accedit, quod in ſyllaba ſecunda ſtatuitur accentus, Ὁ Μελέλα tanquam ab ὁ Μελέλας, non Μελέλα neque Μελελὰ ut plerumque aſſolet in vocabulis peregrinis. Verum illud in primis eſt admiratione dignum, quod ut de Graeco nomine cognitio habeatur, ἐπ' ἀλλοδάπους ἀνθρώπους & ad barbaras nationes provocant. Siquidem ex Hunnorum gente ſunt Ἀσκὺμ & Βλὰχ, de quibus vide ipſum Malelam p. 159. & 170. Verum age, quandoquidem ſic agi placet, cedo quos volent arbitros. Stabimus etiam Hunnorum judicio: neque homines plebeii, ſed reges & regibus proximi pronunciabunt. Verba ſunt Malelae p. 59. Καὶ ἠρώτων ἄρχοντα αὐτοῦ καὶ Ἀτηλᾶ. Maxime regum, bona tua venia libenter rogaverim, quî Graece vocaris caſu recto. Cur autem occupato moleſti ſumus? Reſpondebit pro eo Melelas ibidem: Ἀκούσας ὁ κὺ Ἀτηλᾶς ἐπλεύσησε. Sic omnes uno ore. Apud Priſcum Thracem in Collectaneis Conſtantini Porphyrogeniti; corrigendus obiter Suidas, qui Περὶ Θ. ait Παιόνιος ἐγεγράψει ἱστορίαν Βυζαντιακὴν ἐπὶ καλοῦ Ἀτηλοῦ. lege haud cunctanter, Βυζαντιακὴν κὺ καλῶ Ἀτήλαν vel Ἀτήλα apud Priſcum, inquam, aliquoties legas Ἀτήλας ἐ Βλήδας. Is Attilae frater erat, à Jornande Bleta dictus, à Proſpero depravate Bleba, à Theophane Βλίλας· Ἀτηλᾶς, inquit, Οὐννηδὸν παῖς ἀνεψιὸν Βλίλαν τ πρεσβύτερον ἀδελφόν. Verbum illud dividuum facito, & ſcribe ὁ Μυνδζὸν παῖς vel fortaſſe Μυνδζίν. Jornandes enim Mundzuccum nominat, & Sigebertus Mundzuch, perperam vero Nicephorus

Callistus Νεμρώδιον. Quid Attilae patruus, Ρῶνε declinabile an Ρῶας? De hoc statuet idem ille Priscus; cujus verba sunt, Ρῶας βασιλεύοντος τῶν Οὔννων & παρὰ τὸν Ρῶαν ἀφικνεῖσθαι. Ita Balda dux Hunnorum apud Procopium, Vandalorum Ἀμμάτας, Gothorum Γελίμας & Βίσας, & Μόρρις & Μαρκίας, & Ἀλδὼς & Οὐσδρίλας. Eant nunc & ab Hunnis malum sibi mendicent. Apud Malelam reperio p. 210. Τζίπα φατηλάτα Ρωμαίων. & 202. παῖδα Συνίκα τῆς Σίμμας, & 111. μετὰ δὲ ἡνίοχα Καλλιόπα, & 165. μετὰ δὲ φυλάρχου Ἀρίθα· plane ut apud Constantinum est ὁ ἐπίκλην Μαλέλας. Placetne jam, ut Joannem ipsum nobis arbitrum capiamus? aequa, opinor, & honesta postulatio est. Sententiam vero is suam ostendit p. 204. ὅπως Τζίπας 203. Συνίκας ὁ τῆς Σίμμας 110. Καλλιόπας τις ἡνίοχος 166. Ἀρίθας τις ὁ φύλαρχος τῆς Γητῶν. Et adhuc dubitent, si possunt, utrumne qui haec scripserit, ullo modo est ut ὁ Μαλέλας vocatus fuerit. Jam Σισίφας & Φυᾶς quam inviti & recusantes in argumentum ducuntur! Recte quidem factum à LXXII. viris; quod cum vetusta illa & Ogygia nomina literis Graecis mandarent, ad syllabam de sermone barbaro expresserunt. Nam qui annis ante permultis excesserant è vita, nulla, credo, iis futura erat consuetudo cum Graecis. Quod si alii juniores, quibus eadem quae veteribus illis nomina, usum & commercium cum Graecis habuerunt, sine dubio eorum nomina declinata sunt ad normam Graeci sermonis. Sic Paralip. 1. cap. 8. est quidam Ἀναΐα, & cap. 12. Βερχία, vel, ut in MSo. Regio est, Βαρεχία. Eadem occurrunt nomina in Test. Novo: (Syrus enim interpres & hic & illic *Hhananio, Brachio*) cum Graeca tamen terminatione. Ἀνανίας Βαρεχίας. Similiter antiqui illi Ιακὼβ, Ιωσὴφ, Σαὺλ perpetuo nominantur. juniores vero, qui cum Graecis rem habuerunt, Ἰάκωβος, Ἰώσηπος, Σαοὺλος. Quo exemplo etiam Σισίφας & Σάλας & Φύας essent dicti; si Antiochiae vixissent vel in alia quavis civitate Graeca & memoriam rerum gestarum literis consignassent. Neque vero inficior Syrorum, atque Arabum nomina frequenter in A litera terminari: servatam esse à Graecis eam terminationem pernego. *Abdalla, Masalla, Taphala.* Ita quidem Arabes. Quomodo autem Graeci? Theophanes p. 294. Μιαμὶδ ὁ τοῦ Ἀβδιλᾶ. Perii equidem, in A hoc exit, & contra me facit. Sed nolo eos in laetitiam frustra conjicere. Illud enim perincommode intervenit ibidem ὁ Ἀβδιλᾶς υἱὸς, & apud Zonaram Μασλάμας ὁ τῶν Ἀραβων ἀρχηγὸς, apud Malelam Ταφαρᾶς ὁ φύλαρχος. Eadem mihi de Syriacis nominibus sententia est. Porphyrius apud Eusebium Scaligeri: Πβλεμαῖος ὁ ἀδελφὸς, ὅτι τῷ Πηλουσίῳ συμβάλλει ὁ Δημήτριος, ἅπτεται τοῦ κατ' Αἴγυπτον πρωτοβάτου ἐχόμενος, πέμπει βασιλέα τῆς Ασίας Αλίξανδρον, ὡς ἦν Αλιξάνδρου, ὃς λέγει τὸ ὡς ἀληθῶς

καὶ ὁ Πτολεμαῖος Ζαβινᾶς ἐπικληθὴς ἀπὸ τῆς Σύρων. & Joſephus: Ἀλέξανδρος ὁ Ζεβινᾶς ἐπιλεγόμενος. Et eodem nomine Antiochenſis epiſcopus Ζεβῖνος Nicephoro, Ζέβεννος *Zebennus* Euſebio & Hieronymo vocatur. Atqui ἀγορασὸς *emptus* Syriace eſt *Zbino* vel *Zbina*. Ita Graece dixeris, Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεὺς, ὃς ἀφ' τὸ φιλολόγου Μαλέλας ἐπικληθὴς ἀπὸ τῆς Σύρων, vel, ut propius Syrorum pronunciationem ſubſequitur Damaſcenus ipſe Syrus, Μαλάλας. Nam *Malolo* vel *Malala* eſt orator, eloquens, loquax. Non difficile eſt conjectura aſſequi, utram ob cauſam cognomento illo auctus fuerit Joannes, Λαλεῖν ἄριστος, ἀδιαπόπαυστος λέγων. Ipſe Porphyrius à popularibus ſuis Syris *Malcho* ſive *Malcha* vocabatur: Graece vero non Μάλχα, ſed Μάλχος. Ita *Cepha* ſaxum Κηφᾶς, *Thoma* gemellus Θωμᾶς, & ſiqua ſunt alia. Mal. p. 41. Ἀντίοχον τὸν ἐπίκλην Χύζωνα. Mirum ni ex illorum ſententia cognomentum Antiochi fuit *Chuzona* caſu recto, ut *Malela*: cum ambo ſint Antiochenſes. Quid ergo ſibi volunt iſta p. 65. Ἀντίοχον τὸν Χύζωνα τὸν ὑιὸν Ἀντιόχου τοῦ Χύζωνος? Quod ſi uſquequaque Syriaca nomina imitari & exprimere debemus, cur, obſecro, Ἰωάννης dicitur, non Ἰωανὰν Μαλάλα? nam Syris eſt *Juhhanon*, ut LXXII. viris Ἰωανάν. Sed ecce tibi Cantacuzenus, qui p. 874. Λατῖνοι τις, ait, Ἰωάννης Περάλτα ἐπωνυμούμενος. Scias autem in quantas anguſtias adducti ſunt, cum homines χθὲς κὴ πρώϊμοι ſaeculo demum XIV. poſt Chriſtum natum inveterata jam barbaria, cauſae ſuae patronos adoptant. Rem ſane lepidam & jocoſam. Joannes hic Antiochenſis bene Graece Μαλέλα dici poteſt, quia Italo cuidam nomen erat *Giovanni Peralta*. Sic enim Cantacuzenus p. 174. Μάλιστα δὲ Ντζιοὰν Περάλτα ὁ τύπων ἡγεμών. Graecus iſte eſt ſermo hodiernus: ita gioſtra τζόστρα, gingiva τζιντζίβα, jecur ντζιγκάτι. Vah! quam velim progrediantur longius, atque una opera probent Ντζιοὰν Μαλέλα dicendum eſſe: facinus pol magnum & memorabile fecerint. Illud vero durum, quod apud Theophanem eſt Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην Ἡμοῦλα. Nec à Victore ſolum vocatur *Hemula*, ſed Anaſtaſio etiam, qui Theophanem in Latinum convertit: à Liberato Diacono Joannes Mela; niſi fortaſſe depravati ſunt codices. Ex Graecis vero ſcriptoribus ſolus Theophanes & ſemel duntaxat cognominis ejus mentionem facit: caeteris ſimpliciter Joannes vocatur, Nicephoro Patriarchae, Nicephoro Calliſto; ſicut & Leontio Byzantio, Chronicoque Orientali. Quo magis adducor, ut vitioſum eſſe illud verbum exiſtimem; & iſtum apicem, qui in libris MSS. terminationem ας ſignare ſolet, ab indiligenti librario mutatum eſſe vel praetermiſſum. Praeſertim cum cuncta id genus nomina praeter hoc unum ab ipſo Theophane per ης ſcribi videam; Ἀρίθας, Ἀτίλας, Μανούηλος, Ἀβδελλᾶς, Κυτζίνας,

ξίνας, aliaque quamplurima. Itaque hoc in loco, ut mea fert opinio, facta eſt Theophani injuria. Nec, quod Anaſtaſius & Victor *Aemula* Latine nuncupant, non *Hemulas*; magis id quenquam movere debet, quam quod Attila à Latinis dicitur, qui Graecis eſt Ἀτίλας. Nam peregrina ejuſcemodi nomina Graeci Latinique neutri ab alteris, ſed ab ipſis Barbaris utrique acceperunt. Toto igitur coelo erravit Priſcianus, cum *Turia* & *Bagrada* (Africae ſunt iſta flumina) declinari putat a Τυρία & Βαγράδας. A Graecis quidem Ἰόβας, Μιτίψας & Βάρκας ſunt dicti, qui à Latinis Juba, Micipſa, Barca. Nec tamen haec quae proxime nominavi, de Graecia petita ſunt; ſed ex Africa recto itinere deportata ſunt in Italiam. Quid enim, cum illi Ἀμίλκας, Ἀννίβας proferunt, hi Hamilcar & Hannibal; non ſigni hoc ſatis eſt, unde utraque ſunt accerſita? Nempe hi maſculina nomina Africana in A libenter retinebant; Graecorum aures tanquam abſona & inconcinna repudiabant. Sed ut concedam illud Ἡμύλα à Theophane profectum eſſe: non ego Monachum aliquem adverſus omnium auctoritatem magiſtrum dicendi capere velim; ſed illum ipſum ad nationis ſuae exemplum, addo etiam ſuum, componere. Vir multiplici doctrinae copia praeditus Euſtathius Theſſalonicenſis Epiſc. accurate diſputans de Homericis illis ἱππήλατα Πηλεΐδης & Ἑρμείας ἀνάκτα &c. non Σισύφα & Σάλα, non Ἡμύλα ad partes vocat; nam *Giovanni Peralta* qui potuit, priuſquam is naſceretur? quod contra ex omni memoria duo duntaxat memorat maſculina Graeca in A, eaque minime a ſe lecta, ſed Eudaemonis fide Peluſiotae; ejus opinor, cujus librum de Orthographia Stephanus Byzantius, & Suidas & Etymologici ſcriptor citant. Horum unum Illyricum eſſe nomen, ex epigrammate quodam, Πατὴρ δ' ἦν' ἴμ' ἴφυσε κόπαισα, ἅτις Κοπαΐης. Syracuſanum alterum ex Sophrone, ὁ Μύριλλα. Democopum videlicet architectum, cum theatrum exaedificaſſet Syracuſis, populo viritim unguentum diſtribuiſſe, & ex ea re cognomento vocatum eſſe Myrillam: nempe λὰπὸ τᾶ μύρω Μύριλλαν. Ego vero Eudaemonem illum jubeo κρέμμυ' ἐσθίειν, ut hominem infortunio mactem: ſiquidem religio erat Peluſiotis cepas guſtare. Nam profecto de Syracuſiorum dialecto cras credo, hodie nihil. Theocritus Syracuſanus, qui idiomate vernaculo perpetuo eſt uſus (Μοῦσα δ' ἐπέλλα ἅπαν' ἐφιλαυσάμαν) annon Σ literam ubique ſervat, Δαμοίτας, Μενάλκας, Ἀμύντας, Διοκλείδας? Non Apollo Δαφνίτας Syracuſis colebatur? Non *Hicetas* Syracuſius Philoſophus à Cicerone laudatur in Academicis? non eorum ſermone ζαφάγας *lumbricus* apud Etymologicon? non diſſimulo apud Heſychium ſcriptum eſſe Γαφάκη, κοιλίᾳ· ſed vero duplici errore. Nam excidit Σ litera, ut uſu

venire

venire ſolet, cum proxime ſubſequatur altera: τ autem facil-lime mutatur in γ. ut alibi Στένιγρον, εὐρυπυλάγερον, συεσγώδης, pro Σπινγέρ, εὐρυπῶδις, στὸν, συεσγώδης. Ne ipſe quidem Sophron aliter locutus eſt. Athenaeus lib. VII. Καὶ παρὰ Σώφρονι ὁ γυναθήρας. & καρχαρίαν aliquanto inferius p. 306. Σώφρων, γυναθηρεῦσα ἢ γαφὶρ καρχαρίας ὁ κάπρος δῆδε. Priora verba, quae Caſaubono moleſtiam creabant, ſic lege. Σώφρων θυναθήρᾳ. A δὲ γαφὶρ, id eſt, γυναθήρᾳ. Nimirum iſte liber θυναθήρας inſcriptus eſt. Etymol. in Ἴτια. Ὡς φησι Σώφρων ἐν θυναθήρᾳ. Male alibi ἐν Θυννοθήραις. Quod ſi verum eſt illud de Democopo, vulgi joco cognomen ſuum adeptus eſſe videatur: quia fortaſſis ea tempeſtate Syracuſis ſcorto cuipiam non ignobili nomen fuerit Myrilla. Nam mulieris id quidem nomen eſſe proprium certiores nos facit poeta neſcio quis inter Lyricos H. Stephani. Στρατύλλης φίλος κυθήρης. Στρατύλλης φίλος Μυρίλλης. Ἰδὲ τὼ φίλλω γυναῖκα, Κορυθέες, τίθηλε, λάμπε. Ῥάδιν ἀνθέων ἀνάσσει, Ῥάδιν ἐν κόραις Μυρίλλα. Quod ad Κόπαινα attinet, etſi non facile fidem habeam, viderit de eo verbo epigrammatis auctor; qui fortaſſe, cum barbarum Illyrium βαρβαρίζοντα induxerit, bene moratum carmen feciſſe videatur. Quod ſiquis Illyriorum exemplo Ἰωάννης ὁ Μαλίλα proferre velit; id quidem perinde eſt, tanquam ſi ὁ Κάπρος dicens & ὁ Κίκερος, ſe egregie loqui Graece contendat; quia apud Ariſtophanem Caris Cantilena eſt, Θρεττανελὲ τὴν κόκλωπα· & Scythae iſtius Attica elegantia:

Ὡς ἐλαπρὸς ὥσπερ ψύλλο κατὰ τὸ κώδιο,
& Ὦ γραδὶ ὡς καείνητό σοι τὸ τυγάτειο,
Κὐ δύσκολ' ἀλλὰ πρᾶο· πῦ τὸ γραδίο.

Sed nimium diu, mi Milli, in litigioſa hac diſputatione te demoratus ſum. Dabis autem veniam neceſſitati; nam poſtea, per me licet, alii ut volent loquentur, non equidem invideo, neque intercedo. Imo enimvero invitiſſimus haec ſcripſi,

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ πεπαῳδυμένος.

ADDENDA.

Ecce iterum Criſpinus. Cum enim adhuc ſuperſit chartae aliquantulum, ut narrat Typographus; nimirum ei parcere ſtulta, ut ait ille, foret clementia. Percurram igitur Epiſtolam totam, adnotaturus identidem, ſiqua vel retractari diligentius vel corrigi debeant.

Prin-

Principio, bene quidem factum quod (pag. iv.) de Etymologia Ἕ Ηεμιστιχίου ſuperſedi inquirere. Quamvis enim Ηεμ in Graecorum verborum compoſitione non infrequens ſit, Ηεμίπολη, ἡεμιγύεια. ἡεμίγεων. ἡεμιθαλής· nihilo tamen minus peregrinam eſſe vocem mihi videor certo comperiſſe. Siquidem ιπτ ſyllaba, quod jure mireris, plane aliena eſt atque abſona a conſuetudine cum Graeci tum Latini ſermonis. Σκτ quidem in σκίπων, σκιοπτής, σκίπωνος, &c. κτ autem nuſquam occurrit, quod ſciam, praeterquam in Κίκφος. Eam ego vocem, cum ſolitaria ſit atque unica, vix dubito, quin olim pronuncierint Κεφφος non Κεπφος: prout hodie Σαπφὼ Saffo dicimus non Sapfo. Apud Latinos autem κτ ſyllabam brevem fruſtra quaeſiveris. *Conceptio, perceptio* & ſimilia, κτ habent productam a percépi, concépi. Anceps, auceps, princeps κπ in ſcriptura exhibent, non κτ: neque vero caſibus obliquis faciunt aucepis aut princepis.

10 Ep. p. 12. Ut egomet vineta mea caedam, falſo credidi tres iſtas Sophoclis fabulas ex una tetralogia fuiſſe, continuatione ſerieque hiſtoriae in eam opinionem adductus. Ἀλλ' ὁ πάνυ γ' ἐπείρολος. Culpa enim poſtridie deprehenſa etiam amoveri facile potuit, ſi per typothetam licuiſſet. Ἀλλὰ τὸ μὲ ἀσπίνηλον ἐλεφάντων ἀχυρόμοι ἄβ. Certum eſt eas tragoedias longo interjecto intervallo fuiſſe editas. Antigonen ita placuiſſe ferunt, ut ea gratia praetura Sophocli decerneretur in bello adverſus Samios. Ergo acta eſſe videtur anno III. Olymp. LXXXIV. aetatis Soph. LVI. ſecundum marmor Arundel. Oedipus vero Tyrannus ſecundas tantum obtinuit, & victus eſt à Philocle: quin & Oedipum Coloneum, quem extrema ſenectute fecit omnium noviſſimam, editionis tempore anteceſſit. Argumentum Oed. Tyr. Εἰσὶ δ' καὶ οἱ Πεύκωνα αὐτὸν, ὑ Τύραννον ἐπιγράφοντες, ἀφ' τὰς χορὰς ἢ διδασκαλίαν ἢ ἀφ' τὸ πράγματος. Ita ſcribendus eſt iſte locus, quem minus intellexit magnus Camerarius. Sunt qui hanc fabulam Oedipum Priorem inſcribunt, non Oed. Tyrannum; quia prior erat cum tempore actionis, tum ſerie rerum geſtarum. Ea hujus loci ſententia eſt.

12 Ep. p. xiv. verſ. 3. Auget vehementer ſuſpicionem noſtram ipſe Clemens in Protreptico, qui poſteaquam verſus eos tanquam Sophocleos protulit, Οὗτοι μέ, ait, ἤδη καὶ παρεκτιθέμενον ἐπὶ τ σκηνῆς τὸν ἀληθείαν τοῖς ζητοῦσι παρεισήγαγον. Ergo & Clementis judicio in capitis veniſſet diſcrimen, quicunque eos olim in ſcenam detuliſſet. Ii alibi citantur hoc exemplo:

Θῆτοι δ' πολυπερδεῖς πλανώμενοι

Ἰδρυ

Ἱδρυσάμεθα πημάτων παρεγχυχὴν,
Θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων
Ἢ χρυσολίθων ἢ 'λεφαντίνων τύπους.

Quamobrem, quia nullus jam locus eſt cenſurae noſtrae in πυλὸν & χαλκέων, alia afferam argumenta oportet, cur ſubditicii ſint. Multis ſane nominibus non placet illud πυλυκερδίας. Nam quid, obſecro, facit πυλὸν in tragoediae diverbio? eſt enim ex dialecto Ionica. Neque vero δοῦα ſpondaeus in ſede quarta ferri poteſt contra morem conſuetudinemque Tragicorum. Theocritus: Καὶ φιλοκερδείᾳ βεβλαμμένον ἄνδρα παρελθών. Neque porro πυλυκερδία de *avaritia* poſſis accipere cum interprete Clementis: verum ea ſententia nimium quidem inepta atque inficeta, quaſi ſi *prudentia* ſive *aſtutia* homines in errorem inciderint. Πολυκέρδεια enim eſt πολυΐδρεια· ut Ulyſſes Homericus:

Οὐκ ἔα εἰπέμεναι, πολυΐδρείῃσι νόοιο,
Ἀλλ' ὅ μ' ἦν ἄλοχον πολυκερδείῃσιν ἄνωγε.

Sed & alia fertur ſcriptura nihilo melior: Θνητοὶ δ' πολλοὶ καρδίᾳ πλανώμενοι. Mihi quidem, ſalvo aliorum judicio, *nos multi mortales*, parum ornate dici videtur pro elegantia Ἀττικῆς μελίττης. Sed utcunque de ea re viſum fuerit eruditis: rogatos eos velim, qui luculenter Graece ſciunt, utrum καρδίᾳ πλανώμενος domeſticus ſit ſinceruſque ſermo Graecus, an potius peregrinus & πατρῷ κόμματος? Nimirum ſuo ſe indicio prodidit Judaeus iſte ſorex. Neque enim Helleniſmus eſt, verum Hebraiſmus purus putus ex S. S. tralatus atque expreſſus. Pſalm. XCIV. (& Epiſt. ad Hebraeos) Αἰεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ· καὶ αὐτοὶ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου. Eſaias XXI. Ἡ καρδία μου πλανᾶται. Imo enimvero negamus iſta, Ἡ χρυσοπόκτων ἢ 'λεφαντίνων τύπους ab homine Graeco nedum à Sophocle proficiſci poſſe. Τύπος hoc in loco eſt ipſa ſtatua, αὐτὸ τὸ ἄγαλμα, οὐκ εἶδος ἢ ἀγάλματος, ut apud Iſocratem in fine Euagorae: τοὺς μὲν τύπους ἀνατιθέασιν παρὰ τούτοις οἷς ἂν χαίρωσι. Dicerent vero Graeci Ἡ χρυσοπόκτους ἢ 'λεφαντίνους τύπους Θεῶν, non χρυσοπόκτων. velut εἰκόνας dicunt χαλκᾶς Ὀλυμπιονικῶν, non χαλκῶν. Artemidorus: χαλκαῖαι μὲν εἰκόνες ἢ ἐλευθέρων ἀνατιθέντι. Ita paſſim & vulgo, ut quidem teſtimoniis uti putidiſſimum foret. Neque vero aliter Latini. Lucretius: *Si non aurea ſunt juvenum ſimulachra per aedes*, non *aureorum*. Plinius XXXIV. 7. *Lignea potius aut fictilia deorum ſimulachra*. Juvenalis: *Effigies ſacri nitet aurea cercopitheci*. Horatius: *Quid referam, quo pacto in imagine cerea Largior arſerit ignis*. Itaque τύπους ἐλεφαντίνων

ἡῶν nihil minus eſt quam Graeca oratio: ea tamen utitur Sibylla lib. III. ξυλίνων ἡῶν εἴδωλα dicens pro ξύλινα.

Οἵπινες δὴ ἀπάτῃσι κεναῖς, ὑδ' ἔργ' ἀνθρώπων,
Χρύσεα καὶ χάλκεια, καὶ ἀργύρεα ἠδ' ἐλέφαντος,
Καὶ ξυλίνων λιθίνων τε θεῶν εἴδωλα καμόντων,
Πήλινα, μιλτόχειρα, ζωγραφίας τυπωθείς,
Τιμῶσιν, ὅσα κέν τε βροτοὶ κενεόφρονι βουλῇ.

Eadem habet Protrepticus Clementis. Quis porro inficiabitur in eodem doctos eſſe ludo ſubjectorem hunc Oraculorum, & commentitium illum Hecataeum? Quod ſi vicero de verſibus falſo Sophocli attributis; etiam illud evidentiſſime conſtabit, quod olim Philo Herennius & patrum memoria Joſ. Scaliger ſuſpicati ſunt: nempe librum illum *De Judaeis*, qui ſub Hecataei nomine ferebatur, à Judaeo quodam Helleniſta fuiſſe confictum: velut Ariſteam illum pari facinore, quem ſuppoſititium eſſe convincunt poſt eundem Scaligerum alii bene multi, in quibus omnium doctiſſime & copioſiſſime Humfredus Hodius, cui multum olim debebit Hiſtoria Eccleſiaſtica.

29. Ep. p. 38. Εὐηέστατον) Suidas in Lexico: Εὐηέστατον τὸ καλὸν ἔχον γῆν, τὸ καλλιστον ἐ γῆς. Εὐηεστον τὸ καλῶς ἀρετειωθέν. Vides eum utrumque vocabulum agnoſcere, εὐηέστατον quidem comparativum, abſolutum vero εὐήεστον. Quid igitur fiet? An ſupplex ad Heſychium adeam, pacem ejus oratum & peccati veniam? Imo enim ſatis oſtendunt ea verba & mendi vetuſtatem, & emendationis meae praeſtantiam. Quippe, niſi ego plane deſipio, ſic in comparatione dicendum eſſet, Εὐήεστον, εὐηεστέστερον, εὐηεστάτιστον. Quod ſi reponere velis εὐηεστάτως apud Suidam: jam ea vox inverſo ordine poſt Εὐήεστον collocanda eſſet. Ergo quocunque te vertas, hallucinatio Suidae eſt, qui ſine dubio ſua male confinxit ex Heſychianis, vel ex illis unde ſua tranſtulit Heſychius.

Ibidem. Ἀνηνι, ἀνηδυνίσθω) Liquido poſſis dejerare, Heſychium ſcripſiſſe ἄνηνι, id enim ſeries litterarum efflagitat; & illud ἀνηδ ex correctore natum eſſe, qui κακῶς κακὸν ἐθεράπευσεν. Scriptura à prima manu fuit in hunc modum: Ἀνηλυγησθω, ἀνωτισθω. Heſychius autem, qui, ut videtur, non leviter tum lippiebat, ſic legit & ſcripſit: Ἀνηνίγησθω. ν & η paulum oppido inter ſe differunt, & facillima ſane erratio eſt. Nihil hac conjectura probabilius dici poteſt. Ἀνηλυσίσθω ab ἀνηφέρομαι, ἀνωτισθω. Ipſe Heſych. Ἀνηφέρῃ, σὺ ἀνωτίσῃ, & Ἀνηφέρεσ σὺ ἀνωτίσῃς, & Suidas: Ἀνηφέρῃ, σὺ ἀνωτίσῃ. Sed Ἀνηλυσφέρομαι nuſquam lego.

Ep.

Ep. p. 44. v. 4. Πέπλας τε νῆσαι λιποπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας) vox 40.
νῆσαι bifariam accipi potest. Aut νῆσαι erit ὑφάναι quemadmodum πέπλοι ἰδύιοι ab Homero vocantur. Ἐνθ' ἐνὶ πέπλοι Ἀεσσὶ ἰδύιοι βεβλήατο, ἔργα γυναικῶν. qui à Sophocle εὐύφεις vocantur in Trachiniis: Ὅπως φέρεις μοι τόνδε γ' εὐύφη πέπλον. Aut erit νῆσαι, σηρῦσαι, accumulare vestem, in arcis reponere, ut mos erat antiquorum. Homerus:

Ὡς φάτ'· ὁ δ' ὑψόροφον θάλαμον καταβήσατο πατρὸς
Εὐρὺν, ἔνθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο
Εἵματά τ' ἐν κηλῖσιν, ἅλις τ' ἐυώδεες ἔλαιον.

Et alibi.

——— Ἑλένη δ' ἐπαείρατο Φωκαμοῖσιν,
Ἐνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν,

Possis etiam, & magis quidem apposite ad nomen Tragoediae Πηνελόπη, νίψαι reponere; Lavato &c.

Πέπλους τε νίψαι λιποπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας.

Epist. p. 60. v. 29. adde: Idem Hesychius: Κυδρὸς, ἔνδοξος, 52.
καὶ τὸ ἄμεινον, γαυρωθῶν, πιπυθῶν * εὐρύπυδος συγκοπὴν ἐκ τοῦ κύδρος. Καλλίστρατος πιπυθώς. nunquam quidquam vidi inquinatius. lege γαυρωθῶν, πιπυθὼς, Ion Εὐριπίδης· συγκοπῇ ἐκ τοῦ ρ, κῦδος. Καλλίστρατος. verbum enim novissimum πιπυθὼς est emendatio ἐκ πιπυθῶν. Vide Ep. pag. 33, 24. 39. Et Callistratus quidem κῦδος à κυδρὸς deducit συγκοπῇ ἐκ ρ. alii vicissim κυδρὸς à κῦδος derivant ἐπιτάσει ἐκ ρ. Etym. magn. Κῦδος, κυδάνειρος, κρείττων, πλεονασμῷ ἐκ ρ, γίνεται κυδρός.

Ep. p. 78. v. 39. adde: Martianus Capella lib. 3. cap. de 68.
Analogia: *Aeneas, Pythagoras, Lycas* faciunt Aeneae, Pythagorae, Lycae. Quando nostra ratione nomina, quae genitivo in Ε exeunt, nominativo A finiuntur: ut Catilinae Catilina. Sed haec Graeca sunt, ideo in Nominativo S literam retinent. Quaedam tamen perdunt S literam in nominativo, ut Nicaea, Medaea. Ergo in his nominativis consuetudo servanda est. Ubi legendum est, Nicia & Demea. Vide Ep. pag. 83.

Ep. p. 75. v. 35. Sed nusquam alibi tam frequens earum 66.
vocalium inter se permutatio est, quam in 2 Codd. MSS. longe antiquissimis, Alexandrino uno in Bibliotheca Regia, qui integra exhibet Biblia & epistolas S. Clementis ad Corinthios: Cantabrigiensi autem altero, mutilo quidem & decurtato; quippe qui Acta duntaxat habeat & Evangelistas; verum idem e regione ostentat Interpretationem veterem Latinam ad ver-

bum de Graeco expreſſam, digniſſimam ſane quae ex oblivione atque tenebris tandem aliquando in lucem edatur. Servantur etiam Oxonii Acta Apoſtolorum, vetuſtate quidem pari, ſed verſione multum diverſa; & in Gallia denique Epiſtolae S. Pauli, qui codex & antiquitate & Latina Verſione atque adeo ſcripturae & voluminis forma Cantabrigienſi noſtro ſimillimus eſt & germaniſſimus. Atque haec quidem talia exemplaria, cum aliis omnibus ubivis gentium, quod ſciamus, longe longeque & dignitate & tempore antecedant, neque quidquam hodie ſuperſit ſimile aut ſecundum, cum tineis (pro dolor) atque muribus luctantur, & utut iis incendia pepercerint, ipſo ſenio intra annos paucos non dubie peritura ſunt. Tu vero, Milli doctiſſime, qui omnium mortalium maxime in eo ſtudio verſatus es, non patieris hanc laudem tibi praeripi; ſed maturabis veneranda illa pignora & monumenta vetuſtatis à ſitu & interitu vindicare. Scimus enim te horum omnium editionem inſtituere, quae una pagina & in uno conſpectu Codicem Alex. qui familiam ducet, & Cantabrigienſem cum verſione ſua, atque ubi hic deficit, Oxonienſem deinceps atque Gallicum repraeſentet: quae ſingulas literas atque apices exemplarium, etiam ubi à librariis peccatum eſt, accurate & religioſe ſubſequatur. Nihil illi purpurae aſſuetur diſcolor aut diverſum; nullae interpunctiones, nullae notae accentuum, quorum omnis hodie ratio praepoſtera eſt atque perverſa: adeo ut qui tuam Editionem ſibi comparaverit, ipſa illa propemodum Archetypa verſare manibus atque oculis uſurpare videatur. Ea res olim, ut certum eſt augurium, & Britanniae noſtrae ſplendori erit, & Eccleſiae praeſidio: tuos vero utique labores ampliſſimis praemiis atque immortali gloria compenſabit. Macte iſta pietate & diligentia eſto. In te omnes ora atque oculos convertimus, te unum in hoc curriculum vocamus: ipſi codices celerem tuam opem implorant & flagitant: quid ceſſas per medias laudes & faventium plauſus ſecundo rumore ingredi? Tu vero, ut polliceri de te poſſum, facies id ſedulo; ſimulatque exibit Novum tuum Teſtamentum, jam fere ad umbilicum uſque perductum: quo in opere, niſi vererer coram in os te laudare, dicerem quam longo intervallo aliorum omnium in eo genere labores poſt te reliqueris. Ea Typorum elegantia eſt & magnificentia; ea in Annotationibus eruditio elucet, in Variis Lectionibus induſtria: quippe etenim ad eam copiam comparandam omnia S. Patrum ſcripta, omnes antiquas Verſiones, & infinitam vim Codd. MSS. curioſe excuſſiſti. Enimvero mihi ſtomachum ſubinde movent imperiti quidam homines & nullo uſu bonarum literarum praediti, qui omnem operam, quae in variis lectionibus colligendis impenditur, aut

inutilem

inutilem eſſe exiſtimant aut Eccleſiae periculoſam. Eorum ego ſermones, quanquam indigni ſunt quorum ulla ratio habeatur, uno in praeſentia exemplo retundam: quo perſpicuum erit minuta quaedam & prima utique ſpecie leviſſima poſſe magnas difficultates expedire. Locus eſt Cap. IV. Ep. ad Galatas, qui ab ineunte fere Chriſtianiſmo uſque ad hanc memoriã doctiſſimos viros exercuit. 22. Γέγραπται γὰρ, ὅτι Ἀβραὰμ δύο υἱοὺς ἔσχεν· ἕνα ἐκ τῆς παιδίσκης, καὶ ἕνα ἐκ τῆς ἐλευθέρας. 23. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐκ τῆς παιδίσκης, κατὰ σάρκα γεγέννηται· ὁ δὲ ἐκ τῆς ἐλευθέρας, διὰ τῆς ἐπαγγελίας. 24. Ἅτινά ἐστιν ἀλληγορούμενα· αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἁγάρ. 25. Τὸ γὰρ Ἁγὰρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἰερουσαλὴμ, δουλεύει γὰρ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. 26. Ἡ δὲ ἄνω Ἰερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ἡμῶν. Memini equidem, Milli, me non ita pridem à te rogatum, ut de perdifficili hoc loco judicium meum interponerem, vehementer approbaſſe ſententiam tuam, quam in illa tua Editione poſuiſti: Neque enim eundem montem & Agarem vocatum eſſe & Sinam, neque vero ullam uſquam gentium eo nomine notatum eſſe, neque porro Agarem ſervam (ſi de ſerva malit quiſpiam, quam de monte accipere) in eadem Allegoria & Monti reſpondere poſſe, & Legi quae ex monte promulgata eſt: atque his de cauſis in diverſa conſilia itum eſſe ab antiquis, quorum alii Σινᾶ, ſed plures Τὸ γὰρ Ἁγὰρ è libris ſuſtulerunt: quae autem noſtra & patrum memoria viri magni commentati ſunt, tantum abeſſe ut locum faciant explicatiorem, ut novis etiam obſcuritatibus involvant. Qua quidem occaſione, ne omnino ἀσύμβολος eſſem, conjecturam, ut ſcis, extemporalem in medium attuli, quae etiam tum viſa eſt ad veritatem proxime accedere. Scilicet è regione verbi Σινᾶ adnotaſſe olim quempiam enarrationis cauſa, Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, *Sina iſte, quem memorat Apoſtolus, mons Arabiae eſt*; ea autem verba non multo poſt, ut ſaepe uſu venit, de libri margine in orationem ipſam irrepſiſſe: nam Apoſtoli quidem ea non eſſe, ſed παρεμβεβλημένα, ex ipſo ſtatim vultu & colore totiuſque adeo corporis filo cognoſci poſſe: & proinde me paratum eſſe ἀθετῆσαι hunc locum, niſi quid tibi ſecus videretur. Cum autem tibi valde placere conjecturam meam prae te ferres: atqui, inquam, ut vera iſta ſit ſive opinio ſive adeo ſuſpicio noſtra, neceſſe eſt illud δὲ quod vocem συστοιχεῖ proxime ſubſequitur, pro ſupervacaneo auferatur. Dictum ac factum editionem tuam inſpicimus, ibique quatuor ad minimum MSS. libros comperimus conjunctionem iſtam non agnoſcere: quod ſane non de nihilo eſt, neque ulla commode ratio reddi poteſt cur abfuerit; ſi verba, de quibus haec quaeſtio eſt, nunquam non in codicibus extitiſſent. Tanta res tam tenui indicio patefacta ſatis refel-

lit

lit voculas imperitorum aut malevolorum hominum, qui diligentiam iſtam minutas ſcripturae varietates ſectantem, tanquam obſcuram & ſollicitam & nimiam in vituperationem adducunt. Quis enim dubitet quin melior multo & apertior fiat ſententia, ſi auctoritate Manuſcriptorum expungatur δὲ tum autem Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ de medio diſcedant; & totus deinde locus ſic legatur. Ἀπινά ἐστιν ἀλληγορούμενα· αὗται γάρ εἰσιν αἱ δύο διαθῆκαι· μία μὲν ἀπὸ ὄρους Σινᾶ, εἰς δουλείαν γεννῶσα, ἥτις ἐστὶν Ἄγαρ. Τὸ δὲ Ἄγαρ συστοιχεῖ τῇ νῦν Ἱερουσαλὴμ, δουλεύει γὰρ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς· hoc eſt, *Agar autem reſpondet Hieroſolymis, ſerviunt enim cum progenie ſua.* Γὰρ & δὲ locum inter ſe permutare juſſi fide MS. Alexandrini, & aliorum: quinetiam dedita opera *Hieroſolyma* dixi non *Jeruſalem*; ut ex ipſa dictione foret perſpicuum, quorſum illud δουλεύει pertineret. Ipſa enim flagitat ſententia ut δουλεύει referatur ad Ἱερουσαλήμ. Quod cum ita ſit; cur, amabo, Apoſtolus tali uſus eſt conſtructione verborum, qua δουλεύει cum Ἄγαρ neceſſario convenire videatur? aut quamobrem τὸ Ἄγαρ genere neutro poſuit; quaſi vero Ἄγαρ materialiter ac pro voce, non pro ancilla hic uſurpetur? Hactenus opinor proſpere mihi conjectura proceſſit, ut mons iſte Arabiae omnibus machinis loco movendus eſſe videatur: ſed male vero me habent hi ſcrupuli, neque aliud habeo quod dicam aut conjectem; praeterquam ex quo tempore verba iſta de margine in orationis textum adſcita ſunt, ſicuti mox conjunctionem δὲ quoſdam homines intruſiſſe, ita alia nonnulla mutaviſſe leviter & ad commentitiam eam ſententiam accommodaſſe. Nam profecto facile animum induco, ut credam hoc modo ſcripſiſſe S. Paulum: Τῇ δὲ Ἄγαρ συστοιχεῖ ἡ νῦν Ἱερουσαλὴμ, δουλεύει γὰρ μετὰ τέκνων αὐτῆς. Ἡ δὲ ἄνω &c. *Agari autem reſpondet Jeruſalem, ſervit enim cum liberis ſuis. Quae vero ſupra eſt Jeruſalem libera eſt, quae mater eſt omnium noſtrum:* poſtea vero adulterina iſta ſeſe inſinuaſſe hoc exemplo, Τῇ δὲ Ἄγαρ Σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ συστοιχεῖ ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ. Cum autem haec oratio, ut cernis, in manifeſtum ſoloeciſmum cadat, ſimile ſane vero eſt, ne dicam neceſſarium, verba iſta τῇ & ἡ ſic brevi à ſcribis immutatum iri, quemadmodum hodie vulgo feruntur. Quis enim non incuſet *imperitiam notariorum librariorumque incuriam*, ut S. Hieronimi verbis utar, *qui ſcribunt, non quod inveniunt, ſed quod intelligunt; & dum alienos errores emendare putantur, oſtendunt ſuos?* Vale.

INDEX

INDEX
RERUM MEMORABILIUM; ET SCRIPTORUM QUI IN EPISTOLA EMENDANTUR.

Aeschylus emend. 50. 66
Aeschyli Schol. notatus 66
Ai & e eodem sono efferuntur 31, 65
Aius Callimachi 62
Allatius not. 44
Ὁ τὴν Ἀλκμεωνίδα γράψας 17
Anapaestorum ratio nunc demum observata 23
Antimachus Colophonius 8, 54
Judaeus Apella 70
Apollodorus emend. 17
Aristophanes Com. emend. 19
Arist. Schol. not. 18. 20, 27. emend. 46, 47. 56
Aristoph. Grammat. emend. 13
Ax terminationem ubi servent Latini in Graecis vertendis, ubi mutent 67, &c.
Athenaeus emend. 8, 46, 47, 49. 52. 57. 59. 77
Attius poeta Trag. emend. 23, 24
Auleas commentitius Tragicus pro Aeschylo 39, 60
Βάλ; ζάμφ, χθώ, πλῆκτρον, σφίγξ, 41
Βάτης, Βάτιος, Βάτιος, apud Malelam pro Βάττος 62
Camerarius not. 78
Casaubonus Is. not. 40, 46. 49, 50, 77
Lex. syllaba neque Graeca neque Latina 78
Cicero emend. 24
Clemens Alex. emend. & explic. 41, 42
Clodius Neapolitanus 43
Κυξίζω, χθύπτης, φλασμὸς, δρόφ. 42
Creophylus poeta scripsit Οἰχαλίας ἅλωσιν 53, 54
Damascius περὶ ἀρχῶν MS. emend. 2
Demarchus apud Mal. pro Dinarcho 62
Demetrii Comici fabula Σικελία 33, 34
Dinarchus poeta 62
Dionysius Halic. emend. 62, 63
Domninus Chron. 63
Empedocles emend. 0
Ennius emend. 38
Ἐπίγονοι Homeri poema, vel Antimachi Colophonii 54. 55
Epigramma falso inscriptum 56, em. 62
Ἐπικιθαριστικὸς Homeri poema 54. 55. 56
Erasmus not. 18
Erotianus emend. 22
Etymolog. M. not. 66, emend. 48 56. 77
Eudaemon Pelusiota not. 76
Euphorion emend. 51
Euripidis Danae 13. emend. 14
Αλκμαίων ὁ διὰ Ψωφίδος 16. 17
Stheneboea emend. 18
Κρῆτες 20. emend. 25. 26
Hippolytus διαζευγνύμενος 28
Iphigenia in Tauris emend. 36
In Eurip. Tragoediis perperam ponuntur Pasiphae 19
& Europa 38
Euripidis Schol. emend. 18
Eustathius emend. 48
Ἡσυχαῖος deus Orphicus 2. 3. 78
Fulgentius Planc. not. & emend. 62
Galenus emend. 50. 51
Gatakerus not. 46
Grotius not. 14. 18. 21, 22. 57. 58
Gruteri Inscriptiones not. & emend. 69, 71
Gyraldus not. 43
Hamartolus emend. 39
Harpocration emend. 58. 59. 60
Hecataeus Abderita de Judaeis a Judaeo

dato quodam Helleniſta confictus 12. 79, 80
Heſiodus emend. 53
Heſiodi & Homeri certamen, em. 54
Heſychius emend. 14. 16. 28, 29. 32. 34. 47, 48. 52. 54. 56, 57. 66, 67. 77. 80, 81
Heſychii hallucinationes 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36. 42. 47, 48, 49. 57. 80, 81
In Heſychio πυμμίσιλημφία quaedam 29, 30, 31. 34. 80
Homerus emend. 64, 65
Horatius explicatur 70
Joannes Malelas. vide Malelas
Jonis Chii poetae tragici aetas & ſcripta 43. & ſeqq. copioſe.
Jon Rhapſodus apud Platonem alius à Chio 43, 44
Jonſius not. 44
Liberatus Diaconus emend. 75
Lucretius emend. 37
Magnetis Comici fabulae 28
Ἀνδρὶ διεσκευασμένοι 28
Malelas ſive Malalas in caſu recto, non Malela 67, 68 ſeq.
Malelas emend. 2. 4. 5. 11. 14. 39. 61, 62
Explic. 19. 38. 61
Caſtigatus 15. 29. 36, 37, 38. 60, 61, 62, 63, 64, 65
Μάρπη, σφίγξ, κλωψ, ζευχθῆναι 41
Martianus Capella emend. 81
Menagius not. 44, 45. 54
Meurſius not. 35. 40
Μῆτις deus Orphicus 2, 3
Minos commentitius Trag. pro Jone 39
Nicias poeta emend. 19
Nonius Marcellus emend. 24. 69
Νυμφίδες vox Jonica 57
Οι & υ, inter ſe permutantur 65, 66, 67
Omphale Jonis Chii fab. Satyrica 49
Oracula ſubdititia Gr. Philoſophorum ex MSto hic edita & emend. 6. 7, 8, 9
Orpheus emend. 2. 4. 5
S. Paul locus in Ep. ad Galatas emend. & exp. 83, 84
Pauſanias emend. 53, 54, 55
Photii Patriarchae Lex. Gr. MS. 14. 18. 31. 48. 53 57. emend. 13. 18
Plinius emend. 26. 69
Plutarchus emend. 13. 18. 44
Pollux emend. 14. 18. 31. 35. 40. 47. 51. 66
Porphyrius emend. 22. ejus Fragmentum de Κυκλικῇ Θε. ex MS. edit. & emend. 42
Priſcianus not. 76
Priſcus Thrax de bello cum Attila 73
Proclus in Parmenidem MS. 3
Proſper in Chronico emend. 73
Φάνης deus Orphicus 2
Quintilianus not. 62, 70
Julius Rufinianus emend. 37, 38
Salmaſius not. 42
Σαλμωνεὺς Sophoclis fabula Satyrica 31, 32
Σάτυροι pro Fabula Satyrica 13, 30
Scaliger Joſ. not. 18. 23. 63. 69
Scal. Jul. not. 43
Solinus emend. 28
Sophocles emend. 40. 50, 51, 52
Sophoclis locus commentitius 21, 78, 79
Sophoclis Scholiaſtes bis emend. 51
Explicatus 76
Sophronis liber Θυννοθήρας 77
Henr. Stephanus not. 60
Strabo emend. 49
Suidas emend. 46. 54, 55, 56. 60. 73, not. 44. 58. 60
Novi Testamenti editio gemina à Cl. V. Jo. Millio procuranda 82, 83
Thales apud Malelam pro Thallo 62
Θεμιρᾶτις 66
Theognoti Canones de Orthographia MS. Gr. 67
Theodoſii Epitoma τῆς παθῶν Herodiani MS. 33
Theomis tragicus falſo appellatus pro Theſpide 39
Theophanes emend. 73. 76
Theophraſtus emend. 27
Theſpis 40, emend. 41
Τελεταὶ Jonis liber vel Epigenis, vel Orphei 58, 59
Tzetzis Interpretatio Homeri allegorica MS. emend. 54
Varro emend. 60
Voſſius Ger. not. 38. 44. 54. 63. 72

FINIS.